

# **Godofredi Hermanni**

Memoriae

### Sacrum.

Georgij Holmann

Memoires

Scansie



## **De histrionibus.**

---

## **De histrionibus.**

**A**bsoluta, quae de scena orchestraque Aeschyli instituta erat, quaestione, transimus jam ad alteram disputationis nostrae partem, qua de iis explicare propositum est<sup>1)</sup>), per quos actae sunt fabulae, de histrionibus et choreutis.

## **De numero histrionum.**

Ante Aeschylum unum inde a Thespidis temporibus fuisse histrionem, qui cum choro eiusque principe sermones sereret, supra est enarratum<sup>2</sup>). Execulta autem magis tragoeiae forma summaque rei paulatim a chori canticis traducta ad histrionum sermones, (Aristot. poet. c. 4. § 16. *Αἰσχύλος τὰ τοῦ χροοῦ ἡλάττωσε καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε*), duo ab Aeschylo instituti sunt histriones ita, ut, quum antea chori dux haberet primarias partes, unicus ille Thespidis actor secundarias, jam alteri, qui ab Aeschylo additus est, histrioni tributus sit principatus, cui et chori dux et prior ille Thespidis histrion inservirent<sup>3</sup>). Qui quidem histrio, cui in singulis fabulis principes partes demandabantur, nominatus est *πρωταγωνιστής*, alter *δευτεραγωνιστής*. Atque intra hos fines auctore Aeschylo substitut histrionum numerus, quem in prioribus certe, quae super sunt, fabulis nunquam eum excessisse mox videbimus. Sed quod egregie inchoavit Aeschylus, qui alterum illum actorem quoniam in scenam introduxit, ipsius dramatis recte habetur inventor, id scientissime perfecit Sophocles, qui tertio demum histrione adjuncto tragoeiae formam judicans perfici, tertio primus usus est actore, tritagonista.

<sup>1)</sup> De Aeschyli re scenica pars I. Lignicii 1848. p. XVII.

<sup>2)</sup> De Aeschyli re scenica p. XI.

<sup>3)</sup> Brevis esse possum in hac re exponenda, quod plerasque omnes ejus difficultates egregie expedivit C. F. Hermanni disputatio de distributione personarum inter histriones in tragoeidii graecis. Marburgi 1840. p. 16 sqq. Cf. Berliner Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik. 1843. p. 387 sqq.

Sophoclis auctoritatem secutus est rursus Aeschylus ita, ut in extremis, quae ab eo doctae sunt, fabulis et ipsis terni inveniantur actores. Hoc si statuimus, quod ita esse doctissimi jam viderunt homines, sublata est simul, quae apud veteres reperitur, sententiarum discrepantia. Nam quum Aristoteles et Diogenes Laertius, idonei sane testes, Aeschylum alterum, Sophoclem tertium instituisse actorem recte referant (Arist. poet. c. 4. § 13. καὶ τότε τῶν ὑποχριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἦγαγε, τρεῖς δὲ καὶ συνογραφίαν Σοφοκλῆς. Diogen. Laert. III. 56. ὑστερον δὲ Θέσπις ἔνα ὑποχριτὴν ἐξεῦρεν — καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς<sup>1</sup>), alii contra ipsum Aeschylum tertium quoque tradunt invenisse (Vita Aeschyli p. 159 ed. Ritter τὸν δὲ τρίτον ὑποχριτὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ὃς δὲ Δικαλαρχος ὁ Μεσσήνιος, Σοφοκλῆς. Themistii orat. XXVI. p. 382. ed. Dindorf Θέσπις πρόλογόν τε καὶ δῆσιν ἐξεῦρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποχριτὴν καὶ διοιτάντας<sup>2</sup>). Facile enim fieri poterat, ut si quis minus accurate in rei scenicae historiam inquireret, hoc quoque inventum in Aeschylum celeberrimum illum tot tantarumque rerum auctorem conferret, praesertim quem et ipsum in nonnullis tragediis tribus actoribus usum esse videret<sup>3</sup>).

Atque quum probe intelligeret Aeschylus, quo majores fierent actorum partes, eo plus in histrionum arte inesse momenti, antiquissimis temporibus ut ceteri poetae suae aetatis in suis ipse fabulis egit partes. Athen. I. 21. c. . . ὑπεροχίνετο γοῦν (Aeschylus) μετὰ τοῦ εἰκότος τὰ δράματα. Aristot. Rhetor. III. 1. ὑπεροχίνετο αὐτῷ τὰς τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον. Vita Sophoc. πάλαι γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς ὑπεροχίνετο αὐτὸς. Itaque, quemadmodum ante eum Thespis, Pratinas, Carcinus, Phrynicus, poetae, quod chori etiamtum erat principatus, maximum chori curam habuerunt, eamque ob rem, quum saltandi potissimum artem excoherent, nominati sunt saltatores (δραχταταὶ<sup>4</sup>), sic Aeschylus, non neglecta tamen, ut videbimus, saltatione, histrionum arti, cuius jam major esse coepit vis atque auctoritas, summam impendit operam. Eorum autem, quos praeter se adhibuit, actorum nomina ad nos pervenerunt Mynisci Chalcidensis et Cleandri<sup>5</sup>). (Vita Aeschyli ἐχρήσατο δὲ καὶ ὑποχριτῆς, πρῶτον μὲν Κλεάνδρω, ἐπειτα δὲ καὶ δεύτερον αὐτῷ προσῆψε Μυνίσκον τὸν Χαλκιδέα). Quodsi quaeritur, quas partes illi suscepereint, verisimile est, dum Aeschylus ipse actor prodiret in scenam, solo Cleandro eum usum fuisse, eique modo primarias dedisse partes, modo secundarias, adjunctum autem esse Myniscum deuteragonistam eo tempore, quo Aeschylus Sophoclis exemplum secutus a scena et ipse recessit.

<sup>1</sup>) Cf. Suid. v. Σοφοκλῆς. — οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποχριτεῖς καὶ τῷ καλομένῳ τριταγωνιστῇ.

<sup>2</sup>) Cf. Cramer Aneidot. Paris. vol. I. p. 19. De Aeschyli re scenica p. XIV.

<sup>3</sup>) De simili errore expositum est p. XXVI. sqq.

<sup>4</sup>) Athen. I. 22. a. φασὶ δὲ καὶ ἄτι οἱ ἀρχαῖοι ποιηταὶ Θέσπις, Πρατίνας, Κρατίνος (Κρατίνος emendavit Bentleius de Phalar. p. 278 ed. Lips.) Φρύνιχος δραχταὶ ἐκαλοῦντο διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἔντεν δράματα ἀναφέρειν εἰς δραχταὶ τὸν χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βούλομένους δραχτεῖς.

<sup>5</sup>) De Oeagro non constat, utrum is Sophoclis an Aeschyli fuerit actor. Cf. Schol. Venet. Arist. Vesp. 564. 577.

serit<sup>1</sup>). Nam tritagonistam alterutrum fuisse, vel eo haud probabile videtur, quod tertiarum partium actores aut nunquam aut non sine aliqua irrisione<sup>2</sup>) nominantur, Myniscum autem haud contemnendum fuisse actorem perspicue intelligitur ex Aristot. Poet. XXVII. 4. ἡ μὲν οὖν τραγῳδία τοιαύτη ἐστίν, ὡς καὶ οἱ πρότεροι τοὺς τοιούτους ὑποκριτάς ἀντῶν φόντο ὑποκριτάς· ὡς λιαν γὰρ ὑπερβάλλοντα πιθηκὸν δὲ Μυνισκὸς τὸν Καλλιπίδην ἐκάλει. Nam etiamsi injuria ita vituperavit Callipidem, non debuit omnino cum eo, qui clarissimus esset Sophoclis actor, se comparare, nisi si ipse in scena excelluisset<sup>3</sup>). Accedit, quod non sibi (*ἐαντῷ*) Myniscum adjunxisse narratur, sed Cleandro (*αὐτῷ*). Neque vero, quum hi soli duo ejus nominentur actores, non recte videmur censere, nunquam fere aliis Aeschylum primarum secundarumque partium usum esse histrionibus. Nam quum necessarium esset, id quod sane difficillimum est, plures in singulis fabulis singulos histriones suscipere partes, easque non semel diversissimas, ita tantum ad aliquam perfectionem adduci poterat histrionum artificium, ut iisdem semper uteretur poeta, (dummodo illi ingenio satis valere viderentur), iisque magis magisque excolendis indefessam navaret operam. Postea vero, quum probata jam esset et recepta nova illa, cujus Aeschylus auctor fuit, tragoeiae forma, atque florente poesi dramatica floreret etiam histrionum ars, jam neque ipsis poetis opus erat actorum vices explere, et actores sorte dati publice poetis tribuebantur. Atque ad posterius hoc tempus referendus est ille locus, quo de publica actorum distributione sermo est Hesych., Suid., Phot. ν. ρεμήσεις ὑποκριτῶν· οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ ρεμήθέντας ὑποκριτούμενος τὰ δράματα· ὥν δὲ υπήσυς εἰς τοῦπιὸν ἄκριτος παρελαμβάνετο· ἐστιν οὖν οἷον διαιρέσεις· unde cognoscimus, examine rite superato singulos actores, protagonistas, deuteragonistas, tritagonistas sorte singulis poetis esse distributos; eos vero histriones, qui in certaminibus scenicis sive protagonistae, sive deuteragonistae, sive tritagonistae jam fuissent probati, sine examine postea in eorum, qui sorte distribuendi essent, actorum numerum esse receptos<sup>4</sup>). Non spectare autem hunc locum ad priores Aeschyli fabulas vel ex eo intelligitur, quod tres nominantur histriones. Posterioribus autem aetatis annis num ne Aeschylus quidem potuerit effugere recens illud inventum, quum nulla ejus rei existant documenta, obscurum est.

Constat igitur, ut jam quae dubia sunt a certis seiungamus, alterum ab Aeschylo introductum esse histrionem, qui primas totius fabulae partes susciperet, quum antea principatus fuisse chorū; constat ipsum Aeschylum actorem in scenā prodiisse, constat instituto a Sophocle tertio actore ab Aeschylo quoque tērnos adhibitos esse

<sup>1</sup>) Vita Sophocl. πρῶτον μὲν καταλύσας τὴν ὑπόκρισιν τοῦ ποιητοῦ διὰ τὴν λίδιαν λογοφωνίαν. Quaenam quin postea etiam Aeschylus usus sit, dubitari vix potest.

<sup>2</sup>) Notissima sunt quae probra in tritagonistam Demosthenes passim conjectit. Cf. de Aesch. re scen. p. XX.

<sup>3</sup>) Cf. Plutarch de gloria Atheniensium. 6 p. 348. E. F.

<sup>4</sup>) Rectissime ita interpretatus est C. Beer, über die Zahl der Schauspieler bei Aristophanes. Leipzig. 1844. p. 7.

histriones. Quo vero luculentius appareat, quando Aeschylus a sua, quam primus iniit, ratione ad normam Sophocleam deflexerit, juvat omnes ejus fabulas deinceps persequi. Quare illud quoque efficietur, ut argumento si non novo, at minus illo quidem hujusque usurpato comprobemus, quando omnino singulae Aeschyli fabulae videantur esse in scena doctae. In qua disquisitione ne temere videamus vagari, hoc tenendum est, vix potuisse Sophoclem ceteris poetis talis mutationis auctorem existere, priusquam insigni quadam ingenii documento eam rei publicae probasset. Quapropter, quum sciamus primam eum victoriam viginti octo annos natum reportasse Ol. 77, 4 ( $46\frac{9}{8}$ )<sup>1)</sup>, hic terminus esto, ante quem tertium auctorem non datum esse statuendum est.

Et in Persis quidem, quae tragœdia illustrissimum suppeditat antiquioris simpliciorisque formæ exemplum, nulla potest esse dubitatio, quin duo tantum fuerint actores, sicuti clarissime id elucet ex tabula adscripta, quae nunquam plus duos histriones in scena fuisse docet:

	Actorum numerus.
I. Chorus solus v. 1—150 ed. Wellauer.	
II. Atossa et Chorus v. 151—244 . . . . .	1.
III. Atossa, Nuntius, Chorus v. 245—523 . . . . .	2.
IV. Chorus solus v. 524—589 . . . . .	0.
V. Atossa, Chorus v. 590—666 . . . . .	1.
VI. Atossa, Darii idolon, Chorus v. 667—828 . . . .	2.
VII. Atossa, Chorus v. 829—838 . . . . .	1.
VIII. Chorus solus v. 839—872 . . . . .	0.
IX. Xerxes et Chorus v. 873—1076 . . . . .	1.

Itaque a re scenica nihil prorsus obstat, quominus causis a Muellero et Bernhardio allatis assentientes eam Ol. 76, 4 in scena actam esse censeamus.

Sequitur Prometheus, in quo haec est actorum distributio:

	Actorum numerus.
I. Prometheus, Vulcanus, Robur, Vis v. 1—87 . . . .	4.
II. Prometheus solus v. 88—127 . . . . .	1.
III. Prometheus et Chorus v. 128—283 . . . . .	1.
IV. Prometheus, Oceanus, Chorus v. 284—396 . . . .	2.
V. Prometheus et Chorus v. 397—859 . . . . .	1.
VI. Prometheus, Jo, Chorus v. 560—888 . . . . .	2.
VII. Prometheus et Chorus v. 889—945 . . . . .	1.
VIII. Prometheus, Mercurius, Chorus v. 946—1081 . .	2.
IX. Prometheus et Chorus v. 1082—1095 . . . . .	1.

<sup>1)</sup> A. Schöll, Sophokles. Sein Leben und Wirken. p. 31 sqq.

Quae quidem fabula majores in hac re turbas excitavit. Nam quum simplicissima sit hujus tragœdiae compositio et fere nunquam plus duae in scena inveniantur personæ, mirum est, initio in scenam prodire quatuor. Et quartæ quidem personæ difficultas facile potest superari. Nam quum Vis nihil prorsus loquatur, non illa quidem in actorum numerum potest referri. Est enim *ωργὸν* vel *κενὸν* quod dicitur πρόσωπον<sup>1)</sup>, quae quum muta sint, histriōnum nil habent nisi personam et vestem et habitum. (Hippocr. Νόμος: διοιδάτοι γάρ εἰσιν οἱ τοιοῖδε τοῖσι παρειαγομένοις πρόσωποισιν ἐν τῇσι τραγῳδίησιν· ὡς γὰρ ἔκεινοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν καὶ πρόσωπον ὑποκριτὸν ἔχοντιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταὶ κ.τ.λ.). Cujus generis omnes sunt pedisequi, servi, quique denique regem, reginam, aliosve armati comitantur (δορυφορίματα<sup>2)</sup>). Sed ne tres quidem, qui jam relinquuntur, actores ferre possunt ii, qui in primis Aeschylī fabulis hanc tragœdiā fuisse censem<sup>3)</sup>). Nam quum constet<sup>4)</sup>, non ante Ol. 77, 4. tertium institutum esse actorem, ii, qui Prometheus jam Ol. 75 doctum esse dicunt, aliter rem expedire sunt coacti. Itaque, quum non liceat contra veterum auctoritatem statuere, jam tum ternos in usu fuisse histriones, quum tamen tres actores in una simul scena conspiciantur, Prometheus, Vulcanus, Robur, alii in prima illa scena non ipsum Prometheus, sed tantum ejus simulacrum in scenam productum rupique affixum volunt<sup>5)</sup>), alii tertium, qui in scena versetur, actorem παραχορίημα fuisse sibi persuadent<sup>6)</sup>). Attamen neutrum probabile. Et simulacrum quidem Promethei in scenam pro ipso Prometheo prodiisse, ita non possum credere, ut illud vel maxime cum a Graecorum natura tum vero ab histriōnum arte alienum esse judicem. Videlicet omnes, id quod ipsum vocabulum judicat, actorum ars in agendo posita est, eoque imitatur, quae in tragœdiis vel comoediis fiunt<sup>6)</sup>). Simulacrum autem aliquod, etiamsi summa arte moveatur, agere non potest, siquidem agere dici nequit, quod vita ac ratione caret. Quapropter ne vilissimae quidem personæ, nedum primariae cujusdam vices machinae ope expleri posse videntur. Licit enim vultus actorum a spectatoribus vel propter nimium quod inter utrosque erat

<sup>1)</sup> Lucian Tox. c. 9. ἀλλ᾽ ἦν πον φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὄντειότα, οἰχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ ἔκειναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς πρόσωπειοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀποιτποῦσαι, ἢ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχγνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται.

<sup>2)</sup> Schol. Lucian. quomodo histor. sit conscrib. c. 4. δορυφόρημα, κενὸν πρόσωπον.

<sup>3)</sup> Schoemann, des Aeschylos gefesselter Prometheus p. 84. Franz, die Didaskalie zu Aeschylos Septem c. Thebas p. 6 eam tragœdiā Ol. 75 doctam fuisse existimant.

<sup>4)</sup> cf. p. LII.

<sup>5)</sup> Welcker, Trilogie p. 30. G. Hermanni opusc. II. p. 146. C. F. Hermann, de distrib. pers. p. 60: „dubitari nequit, quin non modo *Bias* persona quippe muta ab ejusmodi satellitiis acta sit, sed ipsius Promethei corpus quod affigeretur merum simulacrum fuerit, quod deinde demum idem histrio, qui modo Vulcani partes egisset, subrepserit eijusque ex ore sequentia pronuntiaverit.“

<sup>6)</sup> E. Müller, Gesch. der Theorie d. Kunst bei den Alten. Breslau 1837. II. p. 19: „Die Schauspielkunst ist die Kunst, welche Handlungen durch Handelnde darstellt.“ Arist. Poet. c. 6. § 4. πράττοντες ποιοῦνται τὴν μίμησιν.

spatium vel propter larvarum usum non consiperentur, nonne in ipso incessu permagna inerat vis, qua celsissimus ille Deus per totius fabulae decursum paene immobilis, dum liber erat, indicare quodammodo posset animi sui firmitatem et constantiam, itaque quasi corroborare antea spectantium pectora? Et hoc quidem unico in hac fabula adjumento Promethei actorem privatum esse censemus, idque animum inducemos commisisse Aeschylum, qui quum ipse actor in scenam prodiret, quantum hoc valeret, non poterat ignorare? Immo ut ad Promethei mores describendos aptissimum est, quod in hoc prima scena, dum Vis et Robur adsunt, silentem eum fecit Aeschylus, ita egregie eadem consultum est actori, quippe cui eximiam attulerit summae in ipso incessu prodendae artis. Et profecto Athenienses nonne gravaturos fuisse consentaneum est, si pro Prometheo, deo audacissimo, constantissimo, prima statim scena conspexissent fragile aliquod simulacrum machinae cujusdam adjumento adductum hominisque, vel potius dei incessum misere mentientem? Ac ne quis solum sensum quandam meum in hac re tractanda secutum me esse opinetur, quo niti fere soleant, qui a natura aliquid abesse censeant, unum hic juvat attulisse locum, ex quo perspicue intelligitur, incessum histrionis in gravioribus artis praesidiis esse habitum Plutarch. Demetr. c. 18. . . . οὐδέποτε τραγικῶν ὑποκριτῶν ἄμα τῇ σκηνῇ μεταβαλλόντων καὶ βάδισμα, καὶ φωνὴν, καὶ κατάκλισιν καὶ προσαγόρευσιν<sup>1)</sup>). Neque vero magis eandem ob causam cum iis possum sentire, si qui in hoc prima scena non eundem, qui postea, histrionem Promethei partes egisse statuant, sed aliquem de eorum numero, qui muti sunt (κενὰ πρόσωπα). Nam etiamsi nihil loquitur Prometheus, tamen non putandus est nihil agere, sed summa potius opus erat actoris arte, ut solo corporis habitu, incessu, gestu talem se monstraret, qualem eum per totam tragoidiam poeta voluisse.

Transimus ad eorum opinionem diudicandam, qui quum propter tempus, quo hanc fabulam doctam esse fingunt, non possint concedere, tres ad eam agendam datos esse actores, ad parachoregematis auxilium configunt. De qua re priusquam singulatim disputemus, pauca praemittenda sunt de ipsa parachoregematum vi atque natura, de qua in diversissimas partes abierunt viri docti. Est autem solus fere locus, quo quid sit παραχορήγημα explicatur Polluc. Onomast. IV. 110. ὅπότε μὲν ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτῶν δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ὥδῃ, παρασκήνιον καλεῖται τὸ πρᾶγμα· εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ἐκαλεῖτο· καὶ πεπρᾶχθαι φασιν αὐτὸν ἐν Ἀγαμέμνονι Λίσκνον. Qui scriptor quam non idoneus sit testis, quam obscura, impeditaque pleraque omnia sint, quae tradit, quanta denique in eo adhibenda sit cautio, quoniam nunquam fere affert, quod prorsus falsum, nunquam quod verum ex omni parte, saepe jam oblata est intelligendi facultas. Quid autem in hoc nostro loco insit veri, quid falsi, optime, opinor, poterimus judicare, si in vocabulorum illorum originem atque vim paulo accuratius inquisiverimus. Nempe quum χορήγημα id significet, quod choregus lege suppeditare jubetur, παραχορήγημα non aliud potest esse, nisi id, quod exce-

<sup>1)</sup> Cf. Lucian. Piscator c. 31. μήτε βαδίζων, μήτε φθειγόμενος ἡρωῖκον.

dens sumptus publice postulatos sponte a chorego suppeditatur. Qui sumptus extraordinarii num ad integrum aliquem chorū an ad singulos sive choreutas sive histriones exornando facti sint, plane nihil videtur interesse, praesertim quum jam non dubium sit, quin, ut dati sunt publice ab archonte et chori et actores, ita sumptus fuerint choregi non solum chorentorum, sed etiam histriōnum<sup>1)</sup>.

De parascenii vi et potestate priori hujus disputationis parte<sup>2)</sup> satis est expositum. Comprobavimus enim docentes, qui in theatro scena sit locus, quid sit hyposcenium, quid proscenium, parascenia esse loca ad utrumque scena latus sita. Jam facile fieri poterat, ut mutata deinceps vocabuli sententia parascenia non solum loca illa significarent, sed etiam ea, quae iis locis agerentur sive a choro a singulis choreutis, sive ab actoribus. Est igitur παρασκήνιον, quidquid non in ipso proscenio, sed in alterutro scena latere recitatur, canitur, agitur. Hoc si verum est, ut sane vix in dubitationem potest adduci, non jam mirabimur Pollucis interpretationem. Recte enim Pollux, si quis choreuta quarti histrionis partes ageret, παρασκήνιον hoc nominare potuit, dummodo ne is (omisit autem, quod gravissimum est) in scena ipsa vel loqueretur vel caneret, sed a latere scena. Neque minus recte, ubi quartus quis histrio verba faceret, hoc parachoregema appellare potuit, quoniam sumptus in eum impensi a chorego nulla legis auctoritate flagitabantur, sed sponte suppeditabantur; sed tamen ea re erravit, quod nimis arctis finibus circumscripta parachoregematis vi atque notione ad universum genus retulit, quod singularum est fabularum. Quae quum ita sint, non possum equidem facere cum Godofredo Hermanno, qui illo Pollucis loco, quod plane inepta sint, quae tradat, transponenda esse judicat παρασκήνιον et παραχορήγημα, ita ut pro παρασκήνιον legatur παραχορήγημα, pro παρασκήνιον<sup>3)</sup>.

Sed redeundum est ad Aeschylum, quaerendumque, num in Prometheo statuendum sit παραχορήγημα. Obstat primum id, quod in parachoregematis illa interpretatione de eo tempore sermo est, quo jam tres publice instituti sunt actores, quartusque adhibendus est praeter normam inde a Sophocle fixam. Sed tamen id quidem levius videtur. Quemadmodum enim postea, quum tres exstabant actores, extra ordinem quartus addebat, ita antea, quum bini

<sup>1)</sup> Hoc ita esse illustrissima testimonia probant Arist. Pac. v. 987 ubi histrio sacra facturus dicit χοῖτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σώζεται, et Plutarch. Phoc. 19. καὶ ποτὲ θεωμένον καίνον τραγῳδῶν Ἀθηναῖσιν ὁ μὲν τραγῳδὸς εἰσιέναι μέλλων βασιλίδος πρόσωπον ἔτει [καὶ recte ejecit Fritzschius] κεκομημένας πολὺς πολυτελῶς ὄπαδον καὶ χορηγόν· καὶ μὴ παρέχοντος ἡγανάκτει καὶ πατεῖτε τὸ θέατρον οὐ βούλομενος προσιλθεῖν. Οὐ δὲ χορηγὸς Μελάνθιος ὡθῶν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον ἐβόσ· τὴν Φοιτίωνος οὐχ ὅρξες γυναικα προσιοῦσαν ἀει μετὰ μιᾶς θεραπαινίδος π. τ. λ., ubi tragicus histrio quum reginae partes sustinens majorem flagitet satellitum numerum, choregus recusat, Phocionis ostendens uxorem, quae una comite usa in publicam prodeat. Egregie hoc, ut alia permulta, quae ad rem scenicam pertinent, explicavit vir doctissimus F. V. Fritzsche ad Aristoph. Ran. p. 172.

<sup>2)</sup> p. XXII.

<sup>3)</sup> Jahrbücher für Philologie und Pädagogik LIV. 1. p. 4. 1848.

publice dabantur, tertius propter fabulae necessitatem addi poterat; quamquam veterum, quae quidem nunc nota sint testimonia, tacent de ejusmodi parachoregematicis genere. Verum enim vero multo magis res ipsa totiusque fabulae conformatio impedire videtur, quominus hoc loco tertium illum, quo opus erat, actorem παραχορήγημα fuisse concedamus. Sponte enim intelligitur, postquam lege certus quidam histrionum numerus constitutus est, quorum et instituendorum et exornandorum sumptus facerent choregi, non debuisse migrare eam poetas, nisi gravissima aliqua causa adductos. Num vero necessaria est hic tertia actoris persona? Nonne facilime omissa hac prima scena initio tragediae monstrare poterat Prometheus affixum jam saxo cum Vulcano colloquenter, simili modo, quo in Agamemnone non prodire in scenam videmus custodem, sed in ipsa turri vigilantem? Quodsi noluit Aeschylus, si tres actores cum muta Bias persona incidentes in proscenium fecit, luculentissime eo mihi quidem videtur comprobari, Prometheus hanc fabulam eo demum tempore, quo jam terni lege instituti essent actores, id est, non ante OI. 78 esse doctam.

In Supplicibus haec est histrionum chorique ratio:

	Actorum numerus.
I. Chorus et Danaus v. 1—230	1.
II. Rex, Danaus, Chorus v. 231—498	2.
(Danaus tacet v. 321—498).	
III. Rex et Chorus v. 499—518	1.
IV. Chorus solus v. 519—594	0.
V. Danaus et Chorus v. 595—756	1.
VI. Chorus solus v. 757—815	0.
VII. Praeco et Chorus v. 816—888	1.
VIII. Praeco, rex, Chorus v. 889—931	2.
IX. Rex et Chorus v. 932—952	1.
X. Chorus solus v. 953—957	0.
XI. Danaus et Chorus v. 958 usque ad finem	1.

Nusquam igitur in hac tragœdia plus duos videmus actores. Quamobrem, quum praeterea totius tragœdiae compositio sit simplicissima et lyrice magis quam dramatica, quumque chori, ut antiquissimis temporibus, primariae sint partes, denique quum oratio minus sit magnifica, numerique minus artificiosi, quam in reliquis fere omnibus Aeschylei fabulis, adduci non possum, ut Boeckhio auctore<sup>1)</sup> Muellerus<sup>2)</sup>, Passovius<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Boeckh, graec. tragœd. princip. p. 54.

<sup>2)</sup> O. Müller, des Aeschylus Eumeniden p. 122.

<sup>3)</sup> Passow, opusc. p. 4.

Schoemannus<sup>1)</sup> voluerunt propter historiae quaedam indicia, exeunte demum Ol. 79 eam doctam esse, immo omnibus his causis commotus in primis eam tragoediis habendam, certoque multo ante Ol. 77 vel 78 scriptam esse arbitror<sup>2)</sup>.

Sequantur Septem contra Thebas, in quibus haec invenitur actorum dispositio:

Actorum numerus.

I.	Eteocles solus v. 1—38	1.
II.	Eteocles et nuntius v. 39—68	2.
III.	Eteocles solus v. 69—77	1.
IV.	Eteocles et Chorus v. 78—268	1.
V.	Chorus solus v. 269—356	0.
VI.	Eteocles, nuntius, Chorus v. 357—634	2.
VII.	Eteocles et Chorus v. 635—701	1.
VIII.	Chorus solus v. 702—773	0.
IX.	Nuntius et Chorus v. 774—803	1.
X.	Chorus solus v. 804—843	0.
XI.	Antigonē, Ismene, Chorus v. 844—995	2.
XII.	Antigone, Ismene, Praeco, Chorus v. 996—1044	3.
XIII.	Antigone, Ismene (tacent), Chorus v. 1045 usque ad finem	2 (tacent).

Quam fabulam Ol. 78, 1. in scenam delatam esse, non jam ambiguum, ex quo a Franzio reperta est in codice Mediceo haec didascalia<sup>3)</sup>: ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγένους (Franz. Θεαγενίδον) Ὀλυμπιάδι οὐκέτι τέλος, Οἰδιπόδι, Ἔπτα ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σωτηρικὴ δεύτερος Ἀριστίων (Ἀριστίας Franz) Περσεῖ, Ταυτάλῳ, Παλαιστᾶς σωτηρικοῖς τοῖς Ηρατίνον πατρός· τρίτος Πολυφράσμων (Πολυφράδμων Franz) Λυκονοργῆτε τετραλογίῃ. Quod inventum ut multis rebus summi est pretii, ita nostrae quoque disquisitioni non mediocre affert adjumentum. Nam quum tres in hac tragoedia simul in scena versentur actores, facile intelligitur, Aeschylum statim post primam, quam Sophocles reportaverat, victoriam (77, 4) et ipsum tribus actoribus usum esse (78, 1). Unde illud quoque efficitur, jam in iis fabulis, quibus Sophocles primam sibi paravit victoriam, ternos adhibitos esse actores. Nimirum, quemadmodum Aeschylus in primis tragoediis suis unico Thespidis illi histrioni alterum adjecisse, eaque ipsa re ad excolendam tragoediam accommodatissima, gloriam sibi peperisse videtur, sic Sophoclem, quod tribus demum actoribus adhibitis absolvit posse intellexit tragoediae formam, et aliis virtutibus et augendo potissimum actorum numero effecisse consentaneum est, ut victor ex primo certamine

<sup>1)</sup> Schoemann, des Aeschylos gefesselter Prometheus p. 85.

<sup>2)</sup> Idem censuit A. W. Schlegel, Vorlesungen über dramatische Kunst p. 104.

<sup>3)</sup> Die Didaskalie zu Aeschylos Septem contra Thebas. Berlin 1848.

discederet<sup>1)</sup>). Mutata est enim et exulta simul cum aucto histrionum numero etiam ipsius tragoeiae compositio atque conformatio. Collaudata autem publice hac mutatione, nihil erat, cur ea non et sanciretur publice et ab Aeschylo reciperetur. Quod autem C. F. Hermannus dixit<sup>2)</sup> tertiam ex tribus illis personis, quoniam praeconis esset, facile suscipi potuisse ab eo praecone, qui in certaminibus scenicis adesse soleret, id priusquam idoneis quibusdam firmetur documentis, verendum est ne speciosius sit, quam verius.

Finem faciat Oresteia, quam in extremis Aeschyli fabulis fuisse constat. In ejus trilogiae prima parte, quae Agamemnonis nomine est inscripta, haec est actionum descriptio:

### *Actorum numerus*

Semel in hac tragœdia tres histriones una in scena versantur (VIII. v. 757—828), quo ipso loco quod duo loquuntur, tertia Cassandra tacet, potest dubitari, num vere tres simul in scenam prodierint actores, an Cassandrae partes tum quidem mutae personæ (*τριπλασίας τον*), postea demum actori fuerint tributae. Sed haec tamen posterior sententia non magis videtur probanda, quam quae de simulacro illo Promethei partes tuente lata est. Nam ut faceam, ne potuisse quidem facile duos homines in ejus vicibus explendis se excipere, quae semper in scena maneret simulacrum cum Agamemnone ingressa erat, ea profecto gravissima est causa, quod ad tacentis Cassandrae personam tenendam summo opus erat artifice. Nam quum eae sint Cassandrae in hac trilogia partes, ut quae futura sint ex peractis rebus vaticinata

<sup>1)</sup> De Victoria illa prima a Sophocle reportata cf. Plut. Thes. 36. Cimon 8. Schöll, Sophokles. Sein Leben und Wirken p. 32 seqq.

<sup>2)</sup> Berliner Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik. 1843, p. 412.

omnium, quae per has tres tragoealias porriguntur, rerum seriem spectatoribus portendat, primo statim ejus ingressu actoris artificio significari necesse erat, quantum ejus in tota fabula futurum esset momentum. Tantum autem abest, ut minoris sit artis, tacentis personae, praesertim si graviores sunt, partes tueri, ut nihil magis sit difficile. Nam et vocis et vultus ope destituto id agendum erat histrioni, ut solius corporis habitu et doloris et sanctitatis pleno omnium oculos in se converteret. Quapropter equidem haud dubito, quin unus ab initio usque ad finem Cassandrae personam habuerit. Quod si ita est, in hac prima trilogiae parte Aeschylus tribus usus est actoribus.

Venimus ad Choephoros, in quibus haec est dispositio:

Actorum numerus.

I.	Orestes et Pylades (tacet) v. 1—21	2 (1 tacet).
II.	Chorus, Orestes et Pylades paululum recedunt ita, ut adsint tamen in scena v. 22—81	2 (tacent).
III.	Electra et Chorus. Orestes et Pylades ut II. v. 82—209	3 (2 tacent).
IV.	Electra, Orestes, Pylades (tacet), Chorus v. 210—577	3 (1 tacet).
V.	Chorus solus v. 578—641	0.
VI.	Orestes, Pylades (tacet), servus (in regia) Chorus v. 642—656	3 (1 tacet, 1 intus).
VII.	Orestes, Pylades (tacet), Clytaemnestra, Chorus v. 657—707	3 (1 tacet)
VIII.	Chorus solus v. 708—722	0.
IX.	Nutrix et Chorus v. 723—771	1.
X.	Chorus solus v. 772—824	0.
XI.	Aegisthus et Chorus v. 825—841	1.
XII.	Chorus; Aegisthus in regia v. 842—861	1 in regia.
XIII.	Servus et Chorus v. 862—871	1.
XIV.	Servus, Clytaemnestra, Chorus v. 872—873	2.
XV.	Clytaemnestra et Chorus v. 874—878	1.
XVI.	Clytaemnestra, Orestes, Pylades, Chorus v. 878—918	3.
XVII.	Chorus solus v. 919—966	0.
XVIII.	Orestes (in ecclymante) et Chorus v. 967—1058	1.
XIX.	Chorus solus v. 1059 usque ad finem.	

Videmus igitur in hac quoque tragoealia tres inveniri actores, sed non minus tamen raro quam in praegressa. Nam etsi quater terni simul in scena versantur, uno solo loco omnes tres loquuntur.

In Eumenidibus denique sic chori histrionumque partes sunt descriptae:

Actorum numerus.

I.	Pythia v. 1—63	1.
II.	Apollo, Mercurius (tacet), Orestes v. 64—93	3 (1 tacet).

- |       |  |            |
|-------|--|------------|
| III.  | Clytaemnestrae idolon et Chorus dormiens v. 94—134 | 1.         |
| IV.   | Chorus solus v. 135—169                            | 0.         |
| V.    | Apollo et Chorus v. 170—225                        | 1.         |
| VI.   | Orestes et Chorus v. 226—374                       | 1.         |
| VII.  | Orestes, Minerva, Chorus v. 375—467                | 2.         |
| VIII. | Orestes (tacet), Chorus v. 468—535                 | 1 (tacet). |
| IX.   | Orestes, Minerva, Chorus v. 536—543                | 2.         |
| X.    | Orestes, Minerva, Apollo, Chorus v. 544—723        | 3.         |
| XI.   | Orestes, Minerva, Chorus v. 724—747                | 2.         |
| XII.  | Minerva, Chorus v. 748—986                         | 1.         |
| XIII. | Chorus v. 987 usque ad finem.                      |            |

Itaque ne hac quidem in tragœdia plus semel tres histriones in scena loquentes inducuntur.

Restat, ut de aliquo Pollucis loco explicemus, qui ad hanc nostram Oresteiam spectans virorum doctorum contentiones excitavit. Est autem is, de quo jam antea sermo fuit IV. 110<sup>1</sup>), cuius postremis verbis εἰ δὲ τέταρτος ὄποκειτής τι παραφθέγγαιο, τοῦτο παραχορήγμα ἐκαλεῖτο adduntur haec: καὶ πεπρᾶχθαι φασιν αὐτὸν ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλον. Et de parachoregemate quid sentirem, supra est expositum. Nunc illud supere restut discernamus, de qua trilogiae parte cogitaverit Pollux. Nam in Agamemnonem illud non cadere, sed Agamemnonis nomen pro Oresteia esse positum, jampridem est intellectum. Jam vero in Choephoris num quatuor in scenam una prodiisse actores putandum est? In ea certe, quae a nobis proposita est, tabula nunquam quatuor simul inveniuntur actores. Sed tamen et Pollux de Choephoris videtur cogitasse, et e nostris non pauci eum recte ita statuisse censuerunt. Negarunt enim, quum servus discederet v. 873, manente Clytaemnestra, quumque paulo post v. 878 Orestes et Pylades prodirent, fieri potuisse, ut is, qui servi habuisset partes, idem Pyladis susciperet; nimis enim parvum temporis spatium intercedere, quam ut et vestem et personam mutaret; quapropter quatuor adhibitos esse histriones, quartique illas partes recte vocari παραχορήγμα. Quemadmodum vero Schol. a d Aesch. Choephor. v. 900 judicat factum esse, μετεσκεύασται ὁ ἐξάγγελος εἰς Πυλάδην, ἵνα μὴ δ' λέγωσι, sic ex ipsa quinque illorum versuum (v. 873—78) natura colligimus, minus difficilem fuisse talem vestis personaeque mutationem, quam vulgo videatur. Quanta enim in his paucis verbis inest gravitas! quantus dolor, quantus horror, quanta saevitia! Quis unquam sibi persuadebit, haec verba tot tamque diversis sensibus plena sine ulla respiratione, sine ulla haesitatione, uno tenore esse pronunciata? Aut omni artificio aetatis illius histriones caruisse putandi sunt, aut hanc opportunitatem Cleopatrae actorem

<sup>1</sup>) Cf. p. LIV.

non praetermissurum fuisse opinor, quominus singula deinceps ita exprimeret, ut haec omnia, quibus vix quidquam ad Cleopatrae mores depingendos est aptius, spectatoribus patefierent. Videte modo, quomodo singula se excipiāt. Servus quum Aegisthi necem nuntiaturus diu frustra Clytaemnestram ex regia evocasset, prodit tandem regina rogatura, quae tantorum clamorum sit causa. Tum ille respondens

*τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω*  
discedit. Quod quum audivisset Cleopatra primum dolore correpta

*οὐλέγω!* exclamat; dein ex verbis ejus quamvis obscurissimis, quid factum sit, divinata

*ξυνῆκα τούπος ἐξ αἰνιγμάτων* jam poenae certitudine ac praesentia stupefacta:

*δόλοις ὀλούμεθ', ὥσπερ οὖν ἐπειναμεν* tandem aliquando horrore perculta corruit animo, quae nunquam trepidaverat, et quasi ferrea aliquantis per haeret sceleris conscientia oppressa. Tacet, tacentque cum ipsa, credo, perterrefacti spectatorum animi. Tum vero quasi experrecta et ad constantiam denuo recipiens animum saevissima mulier, mortem defensura, securim postulat,

*Αοὶ τις ἀνδροκυῆτα πέλεννν ὡς τάχος·* ut aut victoram reportet, aut et ipsa victa cadat. Haec si recte aguntur ita, ut diversissimae illae animi perturbationes, ut doloris, horroris, saevitiae indicia per intervalla deinceps apparet, vix tempus defuturum esse puto, quo is, qui servus fuerat, Pyladis vestimenta induat.

Attamen est profecto *παραχορήγημα* in Eumenidibus, sicuti recte testatur Schol. cod. Medic. v. 542 ed. Franz (v. 555 ed. Wellauer). *ἐν περικωφήματι* (quod corruptum est ex *παραχορηγήματι*) *αὐτῷ εἰσιν οἱ Αρεοπαγῖται μηδαμοῦ διαλεγόμενοι.* Quae eadem verba egregie confirmant eam, quam de parachoregmate tulimus, sententiam. Est enim *παραχορήγημα* quidquid sponte a chorego praeter legem offertur. Areopagitae praeter chorūm extrema Eumenidum parte in scēnam prodeunt solemnī Furiarum deductioni faces paeferentes. Itaque recte illi nominantur *παραχορήγημα*.

Et haec quidem hactenus. Demonstravimus autem, ternorum actorum usum ab Aeschylo receptum fuisse inde ab Ol. 78, 1, quum Septem contra Thebas, quos certo testimonio scimus Ol. 78, 1 esse doctos, tres habeant actores. Comprobavimus, Persas et Suplices, quum bini in iis inveniantur actores, non delatas esse in scenam ante Ol. 77, 4. Persuasimus nobis — vellem etiam aliis! — Prometheus non minus quam Eumenides, quum tres in eo adhibeantur actores, ultimis aetatis annis, certe non ante Ol. 78 esse doctum. Invenimus denique, in Eumenidibus, quam trilogiam extremam fuisse iampridem constat, quarti actoris non existere parachoregema, denique in omnibus omnino Aeschyli fabulis, in quibus terni sint actores, perrarum tertii actoris esse usum.

Quomodo vero inter singulos histriones distributae fuerint singulae partes, supervacuum videtur investigare, cum quod accuratissime in hanc rem inquisivit C. F. Hermannus, tum quod in hoc latissimo quasi conjecturarum campo per pauca possunt firmari. Quamvis enim arrideant permultae C. F. Hermanni opinaciones, restant tamen non pauca, in quibus aut sibi ipse displiceat, aut aliis non satis possit placere. Itaque missis his rebus, in quibus vel sagacissimum ingenium errare necesse fuit, ea tantum constituamus, quae totius hujus generis satis certa, quibus niti possimus, videantur esse fundamenta. Etenim protagonistis non tam longissimae quam gravissimae partes sunt commissae, quibus sustinendis summa opus erat arte, earumque, a quibus nomen tragoeiae invenerunt, modo tales, quae eadem essent summi in fabula momenti; deuteragonistis eorum, qui cum protagonistarum maxime essent conjuncti ita, ut sive adjuvantes sive adversantes moribus factisque suis protagonistarum tum mores tum facta illustrarent clariusque spectantium oculis proponerent; tritagonistis eorum, qui sive reges sive servi sunt, non tam sua sponte morumque suorum proprietate, quam necessitate quadam extrinsecus allata ad implicandum vel explicandum tragoeiae nodum conferrent. Atque quum plures singulis datae sint partes, non est, quod copiosius exponamus, non potuisse duas personas ab eodem actore expleri, nisi si satis temporis ad vestes mutandas esset datum.

## De ornatu histrionum.

Ornatui histrionum diligentissimam Aeschylum operam navasse, uno ore qui de eius vita inventisque referunt omnes testantur veterum scriptores. Vita Aeschyli p. 154 ed. Ritter ..πολὺ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὑπερῆρε κατὰ τε τὴν ποίησιν καὶ τὴν διάθεσιν τῆς σκηνῆς τὴν τε λαμπρότητα τῆς χρονίας καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑποχριτῶν κ. τ. λ.<sup>1)</sup>). In qua re explicanda quum non id mihi propositum sit, ut exponam, in singulis Aeschyli fabulis quali ornatu actores singuli induiti in scenam prodierint, sed id solum, quid Aeschylus tali tantaque cura maxime spectasse, et quemadmodum id, quod voluit, omnino effecisse videatur, optimo clarissimoque utimur duce Aristophane, qui in Ranis, postquam chorus Aeschylum, ut contra Euripidem diceret, his verbis evocavit:

v. 1004. 5. ἀλλ' ὁ πρῶτος τῶν Ἐλλήνων πνεγώσας δήματα σεμνὰ  
καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον, θαρρῶν τὸν χρονὸν ἀφίει.

ipsum Aeschylum et alii et haec loquentem facit:

v. 1062. 63. καλλως εἰκὸς τὸν δημιούρους τοῖς δήμασι μετέσσιται χρῆσθαι  
καὶ γὰρ τοῖς ἴματοις δημῶν χρῶνται πολὺ σεμνοτέροισιν.

Non enim temere, vel ut spectatorum oculos praestringeret et a tragediae gravitate ad res leviores converteret, spectaculorum pulchritudinem ac speciem auxit, sed non ignorans, haud parvam in scenica adornatione<sup>2)</sup> inesse vim, id potissimum egit, ut ornatius histrionum aptus esset magnificentiae eorum, qui in scenam prodirent. Erant enim fere dii, deae, heroes, vel denique summi civitatum principes, quibus in tragediis suis primas partes solebat committere. Quorum ut orationem supra vulgi orationem efferendam esse censuit, sic ampliorem eorum voluit esse habitum. Quod ut efficeret, et grandiores histriones reddere conatus est et decentiores. Philostrat. vit. Apollon. VI. 11. p. 244. Olear. ἐνθυμηθεὶς δὲ (Αἰσχύλος) καὶ τὴν τέχνην ὡς προσφυῖ τῷ μεγαλείᾳ μᾶλλον ἢ τῷ καταβεβλημένῳ τε καὶ ὑπὸ

<sup>1)</sup> cf. de Aeschyli re scen. p. XIII sqq.

) ὄψις, ὁ τῆς ὄψεως κόσμος. Cf. Arist. Poet. 6. De Aeschyli re scenica p. V.

πόδα σκενοποιίας μὲν ἡψατο εἰκασμένης τοῖς τῶν ἡρώων εἴδεσιν, ὀχρίβαντος δὲ τοὺς ὑποχριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἵστα ἐκείνοις βαίνοιεν, ἐσθήμασι τε πρῶτος ἐκόσμησεν ἢ πρόσφροδον ἡρωσί τε καὶ ἡρωΐσιν ἡσθῆσθαι<sup>1</sup>). Bekker. Anecdot. p. 746. ἐπιδεικνύμενοι (οἱ τραγικοὶ) δὲ τῶν ἡρώων ὀδανεὶ τὰ αὐτῶν πρόσωπα, πρῶτον μὲν ἐπελέγοντο ἄνδρας τοὺς μείζονα φωνὴν ἔχοντας, δεύτερον δὲ βούλόμενοι καὶ τὰ σώματα δεικνύειν ἡρωϊκὰ, ἐμβάδας ἐφόρουν καὶ ἴματα ποδῆρα.

Et decor quidem ornatus maxime cernitur in vestium formositate, quas persimiles fuisse sacerdotum refert Athen. I. 21. e. Καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δαδοῦχοι ἀμφιέννυνται, ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὁρχηστικὰ αὐτὸς ἐξενθίσκων ἀνεύδον τοῖς χορευταῖς. In quo loco non sine causa offendit Fritzschus<sup>2</sup> et ante eum Lobeckius<sup>3</sup>), quod vix credibile sit, sacerdotes histrionum imitatos esse vestimenta, immo videantur histriones sumpsisse a sacerdotibus vestes venustas, decoras, rerumque et personarum gravitati maxime idoneas. Quod quum rectissime sit observatum, vehementer placet, quam Fritzschus proposuit, emendatio, pro ἣν ζηλώσαντες legens ζηλώσας ἦν οἱ ἱεροφάνται καὶ δαδοῦχοι ἀμφιέννυνται. Sunt autem ἱεροφάντης et δαδοῦχος duo ex principibus Eleusiniorum sacrorum ministris. Quamobrem haud improbabile est, quod Lobeckius significavit, pertinere huc narratiunculam illam, ut solet, nimium quantum amplificatam, qua Aeschyllo criminis datum fuisse traditur, quod ex Eleusiniis arcana quaedam (ἀπόδδητα) divulgasset. Cuius rei vestigium indicat Aristot. Eth. Nicomach. III. 2. illustrans, quid sit per imprudentiam peccare: "Ἄπαντα μὲν οὖν ταῦτα (quid quis fecerit, et quo consilio et qua ratione) οὐδεῖς ἂν ἀγνοήσει. Οὐδὲν δὲ, ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα πᾶς γὰρ ἔαντον γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειν ἀν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτοῖς, ἢ οὐκ εἰδέναι, ὅτι ἀπόδδητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά. Quod vestigium nimis cupide secuti sunt interpres. Nam si hoc ad decreta quaedam et placita hierophantarum de natura deorum essent referendum, ut permulti et ex veteribus et ex nostris scriptoribus explorasse sibi visi sunt, vix credibile est, Aeschylum aut voluisse aut potuisse se excusare dicentem, ἀπόδδητα ea esse, quae traderet, se nescire, toto theatro exclamante adeoque saeviente, ut vix mortem posset effugere<sup>4</sup>). Etenim quae vulgo notae erant doctrinae, quomodo eas Aeschylō

<sup>1</sup>) Cf. Philostr. vitae soph. I. 9. 1. p. 492. Olear. De Aeschyli re scenica p. XIV.

<sup>2</sup>) Ad Arist. Ran. p. 1062.

<sup>3</sup>) Aglaophamus T. I. p. 84.

<sup>4</sup>) Cf. Eustratius ad Aristot. I. 1. p. 40. A. Δοκεῖ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἐν τε ταῖς Τοξοτίσι καὶ Ιερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι· ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δίκαιηθος λέγων τῶν μυστικῶν περιεργότερον ἀπτεσθαι δοκεῖ. Λέγει δέ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὡς πινδυνεύοντος ἐπὶ συηρῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν προφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προωσθόμενος ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου κατέφυγε βαμδὸν, καὶ Ἀρεωπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον, ἐδόκει ὑπαγθῆναι εἰς δικαστήριον. Lobeck, Aglaopham. p. 77.

occultas fuisse consentaneum est? Atenimvero si praeter caerimoniarum quarundam pompam vestimentorum potissimum similitudinem ab Eleusiniis petitam in causa fuisse statuimus, cur in ipsum multitudinem ira exardesceret, neque abhorret illud a vulgi natura, et Aeschylus recte contra dicere poterat, ignorasse se, talia ex Eleusiniorum cultu in scenam transferri nefas esse. Quamquam vix dubium est, quin tota haec res a veteribus scriptoribus mirifice sit aucta atque depravata.

Jam vero priusquam pergamus investigare, quales illae fuerint vestes, id probe tenendum est, duplex esse omnino apud Graecos vestimentorum genus, alterum tunicarum (*σύνυμα, χιτών*), quae ipsum corpus tegerent, alterum eorum, quae togarum instar tunicis superiniiciebantur (*ἐπιβλημα, περιβλημα, ιμάτιον Ἑλληνικόν*<sup>1</sup>). Atque quum non possit esse nostri instituti, in omnes eorum formas inquirere, ex utroque genere eas tantum seligamus, quae potissimae videantur, quibusque ii maxime usi sunt, quorum gravitati in primis ornato cultique consultum esse voluit Aeschylus, dii, deae, heroes, vates, reges, reginae, civitatum principes<sup>2</sup>). Quod si ex animi sententia successerit, satis perspicue, opinor, apparere poterit, quanto opere quantoque iudicio Aeschylus auxerit scenicorum spectaculorum decus atque magnificentiam. Verum haec omnia vehementer vereor ne parum dilucide proponi possint sine iis praesidiis, quae artium monumenta suppeditent. Quorum quo paucioribus mihi uti licuit, eo vehementius doleo, nondum in publicum editum esse, quod opus propediem de rerum scenicarum monumentis proditurum ante hos quatuor annos promisit Fr. Wieseler<sup>3</sup>). Sed quo verius sentio, quam non possint haec, quae dedi, explere virorum doctorum exspectationem, quippe quae ne meae quidem satisfaciant, eo magis ii, qui lautioribus praesidiis gaudent, velim, his ipsis, quae paulo obscuriora esse necesse est, excitentur, ut aliquando exoptatam ipsi afferant lucem. Evidem, si quid his auxiliis orbatus efficere potui, id potissimum volui, ut non tam augerem nimiam, qua laboratur, rerum molem, sed electas quasdam ex ista tanta farragine res praecipuas, quae perspicue ad Aeschyli tragoealias pertinent, ita explicarem, ut qui sequuntur, in eo tamquam certo fundamento insistere possent.

Sequimur autem auctoritatem Cramer. Anecdota. Paris. vol. I. p. 19. *Ἐτ μὲν δῆ*

<sup>1</sup>) Cf. W. A. Becker, Charikles T. II. p. 309 sqq. K. O. Müller, Handb. der Archaeologie der Kunst p. 466 sqq. De discrimine, quod inter *ἔνδυμα* et *περιβλημα* intercedit Cf. Hesych. v. *ἔξωμις: χιτών ὄμοῦ καὶ ιμάτιον τὴν γὰρ ἐκατέρου χρείαν παρέχειν· καὶ χιτῶνος μὲν διὰ τὸ γάννυσθαι· ιμάτιον δὲ ὅτι τὸ στερεὸν μέρος περιεβάλλετο· παρὸν καὶ οἱ νομικοὶ ὅτε μὲν ἔνδυθαι, ὅτε δὲ περιβαλοῦν.*

<sup>2</sup>) Praeit in his rebus exponendis viam vir clarissimus F. G. Schoene, de personarum in Euripidis Bacchabus habitu scenico. Lipsiae 1831.

<sup>3</sup>) Fr. Wieseler, das Satyrspiel in „Göttinger Studien. II. 1847.“ saepius laudat opus suum mox edendum „Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens bei den Griechen und Römern,“ quod hucusque editum non est.

πάντα τις Αἰσχύλῳ βούλεται τὰ περὶ τὴν σκηνὴν εὑρήματα προσνέμειν . . . καὶ που καὶ ἔυστίδας καὶ βατραχίδας καὶ πρόσωπα καὶ καθόρνους καὶ ταυτὶ τὰ ποικίλα, σύρματά τε καὶ καλύπτραν καὶ κόλπωμα καὶ παράπηχυ καὶ ἀργηνὸν (corrig. ἀγρηνὸν) κ.τ.λ., ita, ut quae hic Aeschylo tribuuntur, comparemus cum Pollucis aliorumque, quae de his rebus traduntur, testimoniis.

**D e endymatis.** Constat igitur apud Graecos id vestimentorum genus, quod corpus tegeret, quoque et viri et femiuae uterentur, vocatum esse ἔνδυμα. Eaeque tunicae antiquissimis temporibus apud Athenienses quidem Jonum illae longae linteae fuerunt, diversae a brevioribus laneis Doriorum, unde jam ab Homero Jones appellati sunt ἐλκεχίτωνες<sup>1)</sup>. Poll. Onom. IV. 71. Ἐξ δὲ λίνου λινοῦς χιτῶν, δν Ἀθηναῖοι ἐφόρουν ποδήρη καὶ αὐθις<sup>2)</sup> λιωνες. Quo quidem tunicae genere (quod postea demum brevior illa Doriensium tunica exceptit) Aeschyli tempore omnes esse usos, ut ceteros locos praetereamus, luculentissime demonstrat Eustath. ad II. XIII. 685. p. 954, 47. μέχρι γάρ, φασι, τῆς Περικλέους στρατηγίας ποδήρεις εἶχον χιτῶνας, φοροῦντες καὶ τέττιγας. Neque vero dubium est, quin haec tunica talaris (id enim significat ποδήρης), multo magis honesta profecto atque decora, quam brevior illa, ab Aeschylo histrionibus sit data. Polluc. Onom. VII. 59. Διονυσιακὸς (χιτῶν) ποδήρης. Bekk. Anecd. p. 746. ἔμβαδας ἐφόρουν καὶ ἵματια ποδήρη. Lucian. Jov. tragœd. c. 41. in histrionum vestibus nominantur χιτῶνες ποδήρεις.

Sed interest tamen aliquid inter vulgarem, qua tunc utebantur, tunicam et eam, quam tragici histriones in scena habebant. Nominatur enim tunica illa tragica ποικίλον. Poll. Onom. IV. 115. καὶ ἐσθῆτες μὲν τραγικαὶ ποικίλον: οὗτοι γάρ ἐκαλεῖτο δὲ χιτῶν· quod genus eos certe qui Deorum vel principum partes suscepserant usurpasse, manifeste comprobant. Poll. On. IV. 116. κόλπωμα, δὲ πέρ τὰ ποικίλα ἐνεδέδυντο οἱ Ἀτρεῖς καὶ Ἀγαμέμνονες καὶ δοι τοιοῦτοι. Poll. On. VII. 47. τὸ δὲ ποικίλον Διονύσου χιτῶν Βακχικός<sup>2)</sup>. Quid autem fuerit discriminis, ex ipsius vocabuli significatione facile intelligitur. Est enim ποικίλον vestis non vulgaris, sed distincta et ornata floribus, stellis, animalibus, aliis rebus ipsi artificiose intextis. Hesych. ποικίλον, ἵματιον ζωγραφητόν. Plato Civit. VIII. p. 557. c. commemoratur ἵματιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον<sup>3)</sup>. Eodem referendum videtur Poll. Onom. VII. 55. δὲ κατάστικτος χιτών ἐστιν δὲ ἔχων ζῶα ἡ ἄνθη ἐνυφασμένα Phot. κατάστικτον χιτωνίσκου γένος. Quae ornamenta saepius fuisse aurea et alii docent et Lucianus Menipp.

<sup>1)</sup> Hom. Il. XIII. 685.

<sup>2)</sup> Cf. Hor. art. poet. 278. Post hunc personae pallaeque repertor honestae Aeschylus. — Isidor Origg. 19. 25. 2. quadram pallam muliebris vestis deductam usque ad vestigia, que affixis in ordinem gemmis micat.

<sup>3)</sup> Etsi non improbabile est, ἵματιον et χιτών non semel esse temere commutata, nihil obstat, quominus etiam himatia, quae sensu proprio idem significant quod περιβλημα, ποικίλα id est eo modo ornata fuisse credamus, ut supra exposuimus.

16. ἥδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀποδύσαμενος ἔκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος κ. τ. λ.

Accedit, ut illae talares histrionum tunicae duas habuerint manicas, quippe quod sit liberorum hominum proprium Poll. On. VII. 47. χιτῶν δὲ ὁ μὲν ἀμφιμάσχαλος ἐλευθέρων σχῆμα· ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν. Quales vero fuerint quae nominantur χειρίδες, infra videbimus.

Praeterea cingulo sunt instructa illa ποικίλα, ut reliqua fere endymatum genera<sup>1)</sup> Hesych. ἔξωμίς· χιτῶν διμοῦ καὶ ἱμάτιον (sensu proprio, quo idem significat, quod περιβλημα). τὴν γὰρ ἔκατέρου χρείαν παρέχειν . . . καὶ χιτῶνος μὲν διὰ τὸ ζώνυμον σθανται· Poll. Onomast. VII. 51. τὸ δὲ ζῶμα (cinctura) ἐστι μὲν ἐπιτήδειον ἐνδῦναι, πέζας δὲ ἔχει, ὡς Λισχύλος δηλοῖ, πεζόφορα τὰ ζώματα ἀποκαλῶν.

Denique tales erant saepe illae tunicae, ut non solum usque ad talos descenderent, sed fluentes in ipso solo traherentur humumque quasi verrerent (συρτός χιτῶν, σύρμα). Cramer Anecd. I. I. Poll. Onom. IV. 67. σύρμα δέ ἐστι τραγικὸν φόρημα ἐπισυρόμενον. Quae num viris feminisque fuerint communes, non satis liquet. Purpuream quidem tunicam propriam feminarum nominat Poll. Onom. IV. 118. γυναικείας δὲ (σκευῆς) συρτὸς πορφυροῦς, παράπηχο λευκὸν, τῆς βασιλευούσης· τῆς δὲ ἐν συμφορῇ ὁ μὲν συρτὸς μέλας, τὸ δὲ ἐπιβλημα, γλαυκὸν ἡ μήλινον. Romanorum autem poetae promiscue eas feminis virisque tribuunt, veluti Juven. satir. VIII. 229. *longum tu pone Thyestae syrma vel Antigones, seu personam Melanippes.* Martial. XII. 95.

*Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos:*

*Aptasti longum tu quoque syrma tibi<sup>2)</sup>.*

Aliud endymatum tragicorum genus est eorum, quae vocantur ξυστίδες<sup>3)</sup>. De quo genere rectissime primus iudicavit Becker<sup>4)</sup>. Nam quum variae sint grammaticorum inter-

<sup>1)</sup> Mulierum vestes nunquam cinctas non fuisse appareat ex Aesch. Sept. c. Theb. 853 ubi pro feminae nominant ὄπόσαι στρόφον (cincturam) ἐσθῆσιν περιβάλλονται. Pers. 151. ad Atossam chorus: ὁ βαθυχώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη Choeph. 167. Electra invento quem Orestes sacraverat cincinno interrogat: τίνος ποτ' ἀνδρὸς ἡ βαθυχώνων πόσης.

<sup>2)</sup> Quod vero Becker (Charikles II. p. 328), duce Photio (Lexic. p. 346. Ορθοστάδιοι· οἱ στατοὶ χιτῶνες· οἱ γὰρ συρόμενοι συρτοί) negat, syrmata talia fuisse vestimenta, quae per solum traherentur, syrtos statuens tum demum vocatas esse illas tunicas talares, quum nondum essent cinctae, id eo magis offendit, quod ipse statuit, ὅρθοστάδιον vestem non differre videri ab ea, quae vocatur συμμετρία, συμμετρία autem aperte hac ipsa re discernitur a syrmate, quod est tunica talaris sine syrmate Hesych. συμμετρία, ἔνδυμα γυναικαῖον ποδῆρες, οὐκ ἔχον σύρμα. Poll. Onom. VII. 54. καὶ ἡ συμμετρία χιτῶν ἐστι ποδῆρης, ἐς τε τοὺς ἀστραγάλους καθήκων. Accedit, quod si sibi opponuntur χιτ. ὅρθοστάδιοι et συρτοί, syrtum autem indicat ita nominatum esse, antequam cinctus esset, orthostadium necesse esset significare chitonem illum cingulo instructum. Cui rursus adversatur id, quod aperte ὅρθοστάδιος nominatur Poll. IV. 49. ὁ οὐ ξωννυμένος.

<sup>3)</sup> Cf. Cramer Aneclot. Paris. I. I. p.

<sup>4)</sup> Cf. Becker, Charikles. T. II. p. 351.

pretationes plus minus accuratae plus minus diversae, quorum alii eas dicunt tragicas vestes, alii adiiciunt talares eas esse tunicas, easque seminarum proprias<sup>1</sup>), alii omissa vi atque potestate tragicos reges iis usos esse statuunt<sup>2</sup>), alii tenues quasdam vestes ita nominari volunt<sup>3</sup>), alii chlamydes comicas eas fuisse<sup>4</sup>), alii croceas vestes<sup>5</sup>), alii vel in epiblematum numerum eas referunt<sup>6</sup>), Beckerus probe intellexit, non tam formam hoc vocabulum designare certi cujusdam vestimentorum generis, quam naturam. Aliter enim nullo modo innumerarum illa explicationum discrepantia expediri potest. Namque omnino vestes sunt tenuissimi fili, pellucidae, quas et in epiblematum et in endymatum numero fuisse, ut per se patet, ita Pollucis documento indicatum est, Onomast. VII. 49. καὶ νὰ δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.. ξυστόν, ξυστίς, ἔνδυμά τε ὅμοῦ καὶ περιβληματα καὶ χιτών. Quod si omnes tenuiores vestes eo nomine significantur, non mirum, quod multi seminarum proprium illud vestimentorum genus censuerunt, quamquam, ut Pollux manifeste testatur, non minus a viris ea usurpata sunt.

**De perible-** Et hae quidem vestes fere omnium actorum cum qui seminarum tum qui virorum partes matis. habebant, erant communes. Maior autem varietas est eorum, quae tunicae illi superiniiciebantur, quaeque idcirco nominantur ἐπιβλήματα. Quae quum sint innumera<sup>7</sup>), ea tantum iuvat enumerare, quae propria referuntur esse tragœdiae, singularumque in tragœdia personarum. Ac de xystide, quae non minus in epiblematum quam in endymatum numero habetur, jam supra sermo fuit. Memoratur autem praeter xystides primum aliquod genus, quod solorum vatum perhibetur fuisse proprium: ἀγρηνόν<sup>8</sup>). Quod quale fuerit, satis dilucide describit Poll. Onomast. IV. 116. τὰ δὲ ἐπιβλήματα — ἀγρηνόν· τὸ δὲ τὴν πλέγμα ἐξ ἑρίων δικτυῶδες περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ὁ Τειρεσία ἐπεθάλλετο ἢ τινι ἄλλῳ μαντικῷ. Est igitur vestis lanea, reticuli instar texta, non superiori tantum corporis parti, sed toti corpori supra tunicam (ἔνδυμα, χιτών) injecta<sup>9</sup>). Eadem fere est Etym. Magni interpretatio: Ἀγρηνόν ποικίλον ἐρεοῦν δικτυοειδές καὶ ἔνδυμα δέ ποιον, eo tamen discrimine, (— nisi si minus accurate hoc

<sup>1)</sup> Tim. Lexic. Platon. ed. Ruhnken. ξυστίδες· ποδήρη ἔνδυματα. Harpocrat. p. 134. ξυστίς γυναικεῖόν τι ἔνδυμά ξετιν. Lexic. Rhetor. auctor in Tim. ed. Ruhnke. p. 188. ξυστίς χιτών ποδήρης γυναικεῖος· οἱ δὲ τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκενοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρημα. . . ίδιως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα.

<sup>2)</sup> Schol. ad Aristoph. Nubes 70. κοστραι δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς.

<sup>3)</sup> Lexic. Rhetor. auctor in Tim. ed. Ruhnken .. οἱ δὲ τὸ λεπτὸν παρὰ τὸ ξύνεσθαι.

<sup>4)</sup> Tim. Lexic. Platon. ... οἱ δὲ γλαυρύδας κωμικάς φασιν.

<sup>5)</sup> Schol. Ms. Theocr. in Bibl. Genev. ad eid. II. 74. ....οἱ δὲ κροκωτὸν ἴματιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φέρουσι.

<sup>6)</sup> Poll. IV. 116. τὰ δὲ ἐπιβλήματα ξυστίς η. τ. λ.

<sup>7)</sup> Cf. Becker, Charikles. T. II. p. 319 sqq.

<sup>8)</sup> Cf. Cramer Aneclot. Paris. ubi corrigendum est ἀργηνόν in ἀγρηνόν.

<sup>9)</sup> Eiusmodi videtur esse Cassandrae illa vestis Aesch. Agamem. v. 1242. 43.

Ίδον δ' Ἀπόιλων αὐτὸς ἔνδυν ἔμε

Χρηστηρίαν ἐσθῆτ' η. τ. λ.

dictum esse malum), quod etiam endyma fuisse dicit, Pollux (l. l.) epiblematis tantum adnumerat, quocum consentit Hesychius ἄγρηνον δικτυοειδὲς, ὃ περιτίθενται οἱ βαχχεύοντες τῷ Διονύσῳ. Haec vero differentia videtur posse tolli, si statuimus, ἄγρηνον endyma vocatum esse, quod tunicarum more indueretur, periblema, quod non ut chiton ipsum corpus tegeret, sed semper supra alteram quandam vestem indueretur. Phavorin... καὶ ἔνδυμα ποιόν, ὃ περιτίθενται οἱ βαχχεύοντες τῷ Διονύσῳ.

Alio peribilematis genere, quod nominatur κόλπωμα, reges potissimum utebantur, sicuti indicat Poll. Onom. IV. 116. Κόλπωμα, ὃ ὑπέρ τὰ ποικίλα ἐνεδέδυντο οἱ Ἀτρεῖς καὶ Ἀγαμέμνονες καὶ δοῖς τοιῦτοι.

Παράπηχο quod vocatur, reginis tributum invenimus. Poll. Onomast. IV. 118 γυναικείας δὲ (muliebris ornatus sunt) παράπηχο λευκὸν τῆς βασιλευούσης. VII. 53. τὸ δὲ παράπηχο ἴμάτιον ἦν τι λευκὸν, πῆχυν πορφυροῦν ἔχον παρυφασμένον. Erat igitur vestimentum brevioribus, ut videtur, manicis instructum purpureisque ad utramque ulnam clavis ornatum.

Capiti feminarum superiniciabatur καλύπτρα, quae et ipsa in Aeschyli inventis numeratur. Cramer Aneclot. Paris. l. l. Poll. Onom. IV. p. 116. τὰ δὲ ἐπιβλήματα.... καλύπτρα, cui adiicit παρακαλύπτρα.

Praeterea autem vastissimum illud chlaenarum (χλαινα) et chlamydom<sup>1)</sup> (χλαμύς) genus, prout res ferret, in usu fuisse, vix est, quod adiiciamus.

Jam vero etiam colorum varietate venustati atque dignitate vestium prospectum est. A colore nomen invenerunt βατραχίς (Cramer anecd. Paris. l. l.) a Polluce Onom. IV. 116 in epibilematum numero relata, vestis coloris viridis, qualis est ranarum<sup>2)</sup>; φοινικίς Poll. Onom. IV. 116. punicea vestis, χροκωτός crocea (Poll. IV. 117. ὃ δὲ χροκωτὸς ἴμάτιον), quae tum feminis, tum qui ad feminarum habitum proxime accedit Baccho tribuitur (Poll. VII. 56. γυναικῶν δὲ χροκωτὸς, χροκάτιον. IV. 101. Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο Schol. ad Arist. Ran. 45. Διονυσιακὸν φόρημα ὃ χροκωτός<sup>3)</sup>). Schol. ad Arist. Thesmoph. v. 945. Κροκωτὸς εἶδος χιτώνος καὶ ἐνδύματος ἐγκυκλίου. Albi coloris vestimenti supra facta est mentio. Aliorum autem colorum a Polluce quae afferuntur vestes IV. 116. oleagini (δυμάκινος) melini (μήλινος), quum eas non satis constet in tragediis fuisse usurpatas, praestat de eis tacere<sup>4)</sup>. At nigras vestes miserorum fuisse tum testatur Poll. IV. 118, tum sapius ex ipsis Aeschyli tragediis

<sup>1)</sup> Cf. Becker, Charikles l. l.

<sup>2)</sup> βατραχίς virorum vestimentum memoratur Poll. Onom. IV. αἱ δὲ ἀπὸ χρωμάτων ἵσθητες καλούμεναι ἀλονεγίς — βατραχίς αἵται μὲν ἀνδρῶν.

<sup>3)</sup> Schoene de personar. in Eurip. Bacch. habitu scenico p. 25 croceum illud suspicatur fuisse vestimentum, quod super tunicam (χιτῶνα) induerent histriones. Athen. V. 198. c.... ἐπὶ δὲ ταύτης ἐπῆν ἄγαλμα Διονύσου δεκάπηχο σπένδον ἐκ καρκησίου χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κροκωτὸν διαφανῆ· περιεβέβλητο δὲ ἴμάτιον πορφυροῦν χρυσοποιίου.

<sup>4)</sup> Cf. Becker II. p. 352 sqq.

cognoscitur<sup>1</sup>). Ut erant igitur omnes histriones talari tunica, acu picta vel auro coloribus distincta, cui superiniciebatur aliquod pallium. Et quum unum fere esset tunicarum genus, quo et feminae et viri uterentur, magnus numerus epiblematum, facile fieri potuit, ut abieco periblemente et mutata larva multas deinceps partes singuli actores in una eademque tragœdia tueri possent.

Et haec quidem omnia quae persecuti sumus propemodum ad decorem et venustatem ornatus spectant. Quaerendum nunc est, quomodo etiam altitudo histrionum aucta sit, ut ea non nimis abhorret a Deorum magnorumquae heroum similitudine, quos in scenam produxit Aeschylus. Idque ad unum fere omnes veteres testes, in primis altioribus quibusdam calceis effectum esse, qui fere vel διαρίβαντες vel ἐμβάται vel κόθορνοι nominantur.

*De cothurnis et embatis.* Cramer. Anecd. Par. I. l. inter ea, quae ab Aeschylo inventa sunt, nominantur cothurni. Philostr. vitae Sophist. I. 9. 1. p. 495. ed. Olear... ἐσθῆτι τε αὐτὴν (tragœdiam) κατασκευάσας καὶ διαρίβαντι ὑψηλῷ χ. τ. λ. Philostr. vita Apollon. VI. 11. p. 244. Olear... σκευόποιας μὲν ἡγέτο εἰκασμένης καὶ τῶν ἡρώων εἰδεσιν, διαρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἵστα ἐκείνοις βαίνοιεν. Horat. Art. poet. 278—80.

Post hunc (*Thesp.*) personae pallaeque repertor honestae  
Aeschylus, et modicis instravit pulpita tignis,  
Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.

Quales vero illi altiores calcei fuerint, non satis liquet. Nihil enim scimus, nisi eos altos fuisse (ὑψηλά Lucian. Anachars. c. 23), quadratos (Etym. Magn. p. 524. 40. κόθορνος γυναικεῖον ὑπόδημα τετράγωνον τὸ σχῆμα, ἀρμόζον ἀμφοτέροις τοῖς ποσί) eosdemque, id quod minoris est momenti in salsissima illa habitus tragicæ irrisione Lucian. Aesch. c. 26. ponderosos (βαρέα), deinde tales, ut utrique pedes feminarum non minus quam virorum essent apti. Schol. Arist. Eccl. v. 346 κόθορνος εἶδος ὑποδήματος, ἀρμόζον ἀμφοτέροις ποσί<sup>2</sup>). Cramer. Aneidot. Oxon. V. III. p. 350. Schol. ad Tzetz. Chiliad. κόθορνος εἶδος ὑποδήματος προσφυῆς ἀριστερῷ καὶ δεξιῷ ποδὶ, καὶ γυναιξὶν καὶ ἄνδρασιν. Isidor. origg. XIX. 34. cothurni sunt, quibus calciabantur tragœdi, qui in theatro dicturi erant, et alta intonante voce carmina cantaturi. Est enim calceamentum, in modum crepidarum, quo heroes utebantur, sed tale est, ut in dextro et laevo conveniat pede. Denique venatorum proprii referuntur cothurni. Serv. Virg. Aen. I. 361. cothurni jam calceamenta etiam venatoria; crura quoque vincientia, quorum quivis utrique aptus est pedi.

Et in dijudicanda hac re obscurissima adhuc neque novissimis Wieseleri<sup>3</sup>) curis satis

<sup>1)</sup> Choreutarum in primis nigrae memorantur vestes, Choephororum Eumenidum, ut suo loco videbimus.

<sup>2)</sup> Non dissentit Pollux. Onomast. VII. 90, qui Theramenem enarrat nominatum esse cothurnum, quod utriusque in republica parti faverit. Unde natum est proverbium εὐμεταβολώτερος κοθόρον.

<sup>3)</sup> Wieseler, das Satyrspiel in „Göttinger Studien“ 1847. 2.

expedita, ea placet via uti, ut inquiramus, quales cothurni fuerint quique iis usi sint iis temporibus, quae Aeschyli aetati maxime sunt propinqua. Facile enim potuit antiquam cothurnorum formam alia atque alia deinceps excipere. Est autem Herodoti aliquo loco VI. 125 satis dilucida cothurnorum descriptio. Ubi quum narretur Croesus permisisse Alemaeoni, ut quantum semel colligens posset asportare, ex thesauro suo auferret, is, quo plura posset auferre, traditur non solum maximam induisse tunicam, sed etiam largissimos cothurnos, itaque et reliqua omnia vestimenta ipsumque capillum, et tibias surasque auro implevisse. Patet igitur ex hoc loco, non in eorum calceamentorum numero tum quidem cothurnos fuisse, quae sub planta pedis ligarentur, (quae proprie nominantur ὑποδήματα), sed eorum, quae pedem ipsum cum sura tibiaque tegerent. Itaque similes sunt iis venatorum calceis, quos Pollux nominat cavos Onom. V. 18. Ὅποδήματα κοῖλα, εἰς μέσην τὴν ανάμηγη ἀνήκοντα, δεσμῷ ἀχριθεῖ περιεσταλμένα. cf. VII. 84.

Qui vero ea aetate usi sint cothurnis, et num verum sit, quod fere statuunt, Aeschylum cothurnum histrionibus suis dedisse, digito quodammodo monstrat Aristophanes Ran. 45 seqq., ubi Hercules, quum conspiciat ridiculum Dionysi habitum, vix se continens exclamat:

ἀλλ᾽ οὐχ οἶστε εἴμ᾽ ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων.  
ὅρῶν λεοντῆγν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην.  
τίς δὲ νοῦς; τίκνεθορνος καὶ ρόπαλον ξυνηλθέτην;

Miratur igitur pellem leoninam coniunctam cum crocoto, cothurnum cum clava. Quid igitur? Si cothurnus tum fuissest tragicorum histrionum vel omnium vel deorum certe et herorum calceamentum, nulla profecto causa esset, cur quis miraretur, eundem, qui cothurno ute-  
retur, habere clavam. Recordaretur enim facile, eodem modo in tragica scena ipsum Herculem incedere. At enimvero ut κροκωτόν vestem fuisse accepimus feminarum<sup>1</sup>), sic cothurnum veri-  
simile est ea aetate fuisse si non solarum mulierum proprium, at certe delicatiorum sive deorum,  
qualis Bacchus est, sive hominum<sup>2</sup>), quippe qui imitari solerent feminarum luxuriam atque  
mollitatem. Quod si statuimus, planissima est horum verborum sententia. Ideo enim non con-  
venit crocea vestis cum clava, quod illa feminarum est, haec fortissimi viri quasi quoddam  
insigne.

Quid vero? Negabimusne omnino Aeschyli histriones usos esse cothurnis? Minime  
illud quidem, at hoc plane non concedimus, omnes histriones habuisse cothurnos.  
Neque enim Aeschylus id voluisse videtur, ut omnes uterentur una eademque certa calceamen-  
torum forma, sed aliud nihil spectasse, nisi ut altioribus calceamentis uterentur, in primis dii,  
deae, heroes, quo maiores apparerent, non neglecta tamen aetatis, morum, omnium denique

<sup>1</sup>) Cf. p. LXIX.

<sup>2</sup>) Ex Plutarch. de Pythiae oraculis c. 24. p. 495. T. I. ed. Paris. cothurnos opulentiorum fuisse intelligitur.

conditionum ac fortunarum ratione, in quibus singuli histriones versantur. Veluti aliis servi aliis reges, reginae, aliis nuntii in itinere, aliis alii utebantur. Itaque omnes quidem histrionum calceos altiores fuisse censeo vulgaribus, at non omnes illos altiores calceos fuisse cothurnos. Quae sententia eo comprobatur, quod Suidas Aeschylum tradit ἀρβύλας, auctor vita Sophocl. Sophoclem χρηπῖδας invenisse, quae et ipsae numerantur in altioribus illis histrionum calceis. Suidas v. Αἰσχύλος. οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα καὶ χρώματα κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγιδόδος καὶ ταῖς ἀρβύλαις<sup>1)</sup> τοῖς καλουμένοις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. Vita Sophocl. Σάτυρος δέ φησιν, έτι καὶ τὴν καμπύλην βακτηρίαν αὐτὸς ἐπενόησε· φησί δὲ καὶ Ἰστρος, τὰς λευκὰς χρηπῖδας αὐτὸν ἐφευρηκέναι, ἃς ὑποδύονται οἵτε ὑποκριταὶ καὶ χορευταί... Anecd. gr. Bekker p. 237. 19. χρῆπις: εἶδος ὑποδήματος ἀνδρικοῦ ὄψηλᾶ ἔχοντος τὰ κατύματα<sup>2)</sup>). Unde id certe efficitur, plura fuisse genera calceamentorum, quibus uterentur histriones, falsumque esse, quod ab omnibus fere hucusque retentum est, omnino altiora illa calceamenta, quae Aeschylus omnibus histrionibus tragicis dedit, fuisse cothurnos.

Quemadmodum autem factum est, ut hic error tam late sit propagatus? Duplex videtur esse causa, altera in poetarum<sup>3)</sup> oratione posita, quos consentaneum est pro communi omnium genere specie quadam uti maluisse ita, ut cothurnos nominarent pro universo altiorum calceorum genere; altera, ut videtur, in re ipsa posita, quod effeminatis magis magisque Atheniensium moribus, magis eos indies eo calceamentorum genere usos esse credibile est, quod antiquitus deliciorum hominum proprium fuisse vidimus. Hoc autem si verum est, poterant facile illi cothurni e vitae consuetudine in scenam tragicam transferri, cui vel eam ob causam maxime convenienter, quod cum viris et feminis apti, tum utrique pedi accommodati erant.

Sed quod tandem est commune nomen totius generis, quod Aeschylum primum usurpare ad unum omnes commemorant? Cuius rei vestigium indicat dux ille unus omnium maxime et perpetuus in re scenica et obscurus, Pollux. Tradit enim Onom. IV. 115. καὶ τὰ ὑποδήματα κόθορνοι μὲν τὰ τραγικὰ καὶ ἐμβαδες· ἐμβάται δὲ τὰ κωμικά. Vix enim dubium est, quin, ut ipsa vox docet, ἐμβάται vel ἐμβαδες<sup>4)</sup> universi calceamentorum generis, cothurni peculiaris cuiusdam nomen contineant. Nam primum quidem manifeste

<sup>1)</sup> Cf. Aesch. Agam. 918. ὑπεῖ τις ἀρβύλην λύοι τάχος. — Invenitur etiam εὑμαρίς. Pers. 651. κροκόβαπτον ποδὸς εὐμαρίν ἀείρων.

<sup>2)</sup> Cf. Plutarch. praecept. gerend. reipubl. c. 16 p. 993. T. II. ed. Paris.

<sup>3)</sup> Latissime Horatio in primis auctore manasse videtur hic error, Art. poet. v. 280.

<sup>4)</sup> Omittamus hoc loco discernere, quae sit ἐμβάδων et ἐμβατῶν differentia. Nam ἐμβάται comicorum ἐμβαδες tragicorum histrionum fuisse, ut Pollux et alii statuunt, vel ἐμβαδες comicorum, ἐμβάται tragicorum ut Ammonius vult p. 49 (ἐμβαδες) καὶ ἐμβατα (legd. ἐμβάται) διαφέρει. ἐμβαδες μὲν γὰρ καὶ τὰ κωμικὰ ὑποδήματα, ἐμβάται (ἐμβάται) δὲ τὰ τραγικά, nemo quisquam mihi persuadebit.

hoc testatur Schol. Lucian. epist. Saturn. c. 19. ἐμβάται τὰ ξύλα, οἱ ἐμβάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας, ἵνα φανῶσι μακρότεροι. Deinde eo confirmatur, quod apud omnes prosae orationis scriptores, ubi de tragicorum histrionum ornatu agitur, rarissime cothurni nominantur, semper fere ἐμβάται, nonnunquam, ubi cothurni inveniuntur, pro embatis male ii sunt intrusi. Cuius rei satis est hoc loco pauca attulisse exempla. Lucianus Gall. c. 26 ridiculum esse dicit ingens histrionis tragici corpus, in nimiam quandam magnitudinem auctum, maxime ubi is in scena prolabatur, ita ut facile cognosci possit et ceterarum rerum inanis fulgor et calceamentorum deformitas, a justa mensura abhorrens: τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμφορφοτάτην καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδός, ubi duo codices (Paris. 3011 et Gorlicensis) habent κοθόρνων. Lucian. Jov. tragoed. 41 in tragico apparatu nominat... καὶ τοὺς ἐμβάτας (Gorlicensis τὸς ἐμβαδᾶς). Lucian. quomodo historia sit conscribenda c. 22. ὅστε τὸ πρᾶγμα ἐοικὸς εἰναι τραγῳδῷ τὸν ἔτερον μὲν πόδα ἐπ’ ἐμβάτου ὑψηλοῦ ἐμβεβηκότι, θατέρῳ δὲ σάνδαλον ὑποδεδεμένῳ. Liban. c. Aristid. de saltat. ed. Reiske vol. III. p. 385. τραγῳδοὺς δὲ ποιεῖ βραχυτέρους· ἐπειδήπερ ἐμβάτας ἀναβάντες ἐμηχανῆσαντο τοὺς ἄλλους ὑπεραίρειν. Bekk. Anecd. p. 746. ἐπειδεικνύμενοι δὲ (οἱ τραγικοὶ) τῶν ἡρώων ώσανει τὰ αὐτῶν πρόσωπα, πρῶτον μὲν ἐπελέγοντο ἄνδρας τοὺς μείζονα φωνὴν ἔχοντας, δεύτερον δὲ βουλόμενος καὶ τὰ σώματα δεικνύειν ἡρωῖκα, ἐμβάδας ἐφόρουν καὶ ἱμάτια ποδήρη. Sunt autem ἐμβάται vel ἐμβαδες, quae nostrorum calceorum vel caligarum more induuntur, Etym. Magn. 333. 54. ἐμβας· εἶδος ὑποδήματος ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν τοὺς πόδας. Schol. Lucian. Rhetor. praecept. c. 15. ἐμβαδες· τὰ ὡφ’ ἡμῶν καλλίγια (legd. καλιγαι, caligae), oppositae illae soleis vel sandalis, quae antiquissimis temporibus fere sola erant in usu (πέδιλα), et, quum subligarentur, suo nomine appellantur ὑποδήματα. Verum hoc vocabulum quum latius paulatim patere coepisset, postea abiecta propria potestate de omnibus calceis, quantumvis illi diversissimi essent ab antiquiori illo genere, promiscue est usurpatum.

Restant alia quaedam, quibus auctam esse scimus histrionum magnitudinem effectumque, ut, quum calcei excederent vulgarium altitudinem, ab aucta illa magnitudine non abhorrent reliquae corporis rationes. Atque in his primum commemorabo σωμάτιον, de quo Pho-<sup>Desomatatio.</sup> tius: σώματια· τὰ ἀναπλάσματα, οἷς οἱ ὑποκριταὶ διασάττουσιν αὐτοὺς· οὗτως Πλάτων. Minus accurate: Poll. Onom. IV. 115. universum histrionis tragici apparatum ita nominatum esse dicit: καὶ σκευὴ μὲν ἡ τῶν ὑποκριτῶν, στολὴ· ἥ δὲ αὐτὴ καὶ σωμάτιον ἐκαλεῖτο. Atenimvero, si comparamus Lucian. Jov. tragoed. 41. τοὺς ἐμβάτας καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας καὶ χλαμύδας καὶ χειρίδας καὶ προγαστρίδια καὶ σωμάτια καὶ τἄλλα οἷς ἔχεινοι σεμνύνουσι, τὴν τραγῳδίαν cum vitae Aeschylī auctore ed. Ritter p. 159. τούς τε ὑποκριτάς χειρίσι, (ita recte emendauit Ritter) σκεπάσας καὶ τῷ σώματι (Ritter σύρματι; Westermannus, Vit. script. p. 121 et Wieseler rectius, ut videtur, σωματίῳ) δγκώσας et cum Lucian. de saltat. c. 27. ἐῶ λέγειν προστερνίδια καὶ προγαστρίδια προσθετὴν καὶ ἐπιτεχνητὴν πάχυτητα προς ποιούμενος, ὡς μὴ τοῦ μήκους ἡ ἀρρυθμία ἐνλεπ τῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο, non errare videamus statuentes,

De proga-σωμάτιον non ipsas tragoeorum vestes significare, sed pulvinos quosdam vestibus subjectos, stridio quibus crassius evaderet corpus eoque modo altitudini convenientius. Minus autem perspi- et cuum est, quid intersit inter σωμάτιον, προγαστρίδιον, προστερνίδιον, nisi si hoc existimamus, prosterni- fuisse προγαστρίδιον et προστερνίδιον eas partes somatii, quae ventrem et pectus tegerent. dio.

Sunt, qui etiam χειρῖδες, quae in ornatu histrionum referuntur Lucian. Jov. tragoeed. c. 41. (Cf. Vita Aeschyli), contendant<sup>1</sup>), manuum quasi quasdam accessiones fuisse, quibus brachia longiora crassioraque facta auctae corporis magnitudini ac crassitudini responderent. Quos non recte ita judicare demonstravit Wieseler<sup>2</sup>). Obstat enim maxime Chrysostomi locus Hom. VIII. in Timoth. VI. p. 457. d. τὰς δὲ χειρῖδας, (sic legendum pro χεῖρας) καθάπερ οἱ τραγῳδοὶ οὗτοι μετ' ἀκριβεῖας ἐνδιδύσκουσι, ὡστε νομίζειν προξεψυχέναι μᾶλλον αὐταῖς (virginibus). Immo manicae erant, ut aperte testatur Lucian. Jov. trag. 41. χειρῖδας τὰ κοινῶς λεγόμενα μανικια (legd. manikai, manicae), longae, tamque augustae, ut ipsam brachiorum manuumqae formam exprimerent (tricots). Magis obscurus est Xenophontis locus Cyropaed. VIII. 3. 13. (Cyrus) εἶχε καὶ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ· καὶ οἱ συγγενεῖς δὲ αὐτοῦ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο σημεῖον εἶχον καὶ νῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔχουσι· τὰς δὲ χεῖρας· ἔξω τῶν χειρίδων εἶχε. Sed quum hic de Persarum quodam more sermo sit, probabile est, deficiente apud Graecos vocabulo, apud quos ipsa res non existeret, Xenophontem eo usum esse, cuius vis proxime accederet barbarorum illi vestimento. Idque magis etiam docet idem VIII. 8. 17. οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν· ubi, ut facilius intelligatur, quales fuerint illae χειρῖδες, diversae a Graecorum, adiicit verbis περὶ ἀκραις ταῖς χερσὶ vocabulum δακτυλήθρας, significans, non totam solum manum, sed etiam singulos digitos operitos fuisse. Sed etiamsi non cogitandum est<sup>3</sup>) de longioribus quibusdam digitalibus, tamen facile intelligitur, idem fere longis manicis esse effectum, ut augeri videretur brachiorum longitudo, eoque modo non nimis abhorrire a reliquis corporis rationibus.

Vidimus igitur, magnitudini et amplitudini histrionum Aeschylum consuluisse altiori calceorum genere, qui vocantur ἐμβάται, somatio ejusque partibus progastridio et prosternidio, denique longioribus quibusdam manicis.

De personis Accedunt, quae capitis altitudinem augmentia ad amplificandam histrionis statuam conferebant, ὄγκος et περίκρανον. De quibus priusquam explicem, de personarum sive lar- s. varum natura et origine pauca sunt praemittenda, quibuscum illa sunt conjuncta.

larvias. Personarum vel larvarum ea est sententia ac natura, ut faciem et vultum hominum

<sup>1)</sup> Cf. Böttiger, kleine Schriften I. p. 201.

<sup>2)</sup> Fr. Wieseler, das Satyrspiel p. 750.

<sup>3)</sup> Comprobat nostram sententiam. Suid. v. φαλλοφόροι.

mutantes exuant quasi suam cuique naturam atque mutato ore et vultu naturam quoque ei induere videantur alienam. Hoc autem, dum simplices sunt atque rudes hominum animi, vix quisquam in animum potest inducere, nisi qui amore atque admiratione plenus eius, quem diligit atque colit, quam simillimus fieri velit. Itaque factum est, ut ii, qui sacra Dionyso faciebant, cultu ejus exciti Bacchicoque quasi furore correpti, abiecta peculiari sua natura, totos se adsimularent Baccho. Idque nulla arte adhibita facilis negotio perficere sibi videbantur cingentes capita sacra fronde faciemque tingentes rebus in ipsis festis forte oblatis, veluti vini faece plantarumque cum Bacchi sacris conjunctarum succo. Atque hic quidem mos vel tum retentus est, quum ex dithyrambis in honorem Bacchi saltatis paulatim nata est tragoeida, ita tamen, ut polita magis magisque re scenica expoliretur etiam personarum usus. Videntur autem tria personarum genera usque ad Aeshylum deinceps se excipere. Nam primum quidem, ut modo diximus, capillis apio redimitis ora vel faecibus perungebant, vel quod postea usuvenit, ranunculo, andrachne, cerussa tingebant<sup>1)</sup>. Vocabatur autem talis facies προσωπεῖον. Anthol. Palat. II. 408.

Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἀπαντειλάττε,  
ώστε προσωπεῖον κοῦχι πρόσωπον ἔχειν.

Gregor. Naz. Carm. p. 147. c.

μηδὲ θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφετε γράμμασιν αἰτιχροῖς,  
ώστε προσωπεῖα κούχι πρόσωπα φέρειν.

Saepius vero πρόσωπον cum πρωσωπεῖον<sup>2)</sup> commutata sunt.

Secutum est alterum genus, ex quo non jam Bacchi solius vita, instituta, facta celebrait, sed aliorum quoque deorum heroumque fabulae in scenam traducebantur<sup>3)</sup>. Quod quidem eo differebat maxime a priori illo, quod non solum coloribus distinguebant vultum eoque modo mutabant, sed velabant etiam et superiore et inferiore faciei partem. Neque vero illud magis artificiose fiebat, sed folia quaedam adhibebantur non aliena illa a reliquo capitum ornatu, qui jam in antiquiori illo genere obtinuit<sup>4)</sup> (cf. Tab. lapide incis. fig. 1. 2. 3. 4.), usque dum pro foliis usurparentur linteum quaedam tegumenta, foliorum illorum formam imitautia (fig. 5.)<sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. Suid. v. Θέσπις. De Aeschyli re scenica p.

<sup>2)</sup> Eodem referendum est vocabulum ἀποπροσωπίζεσθαι. Poll. II. 48. ἀποπροσωπίζεσθαι δὲ τὸ παντειλούμενον τὸ πρόσωπον, εἶπε Φερεπράτης.

<sup>3)</sup> Cf. de Aeschyli re scenica p. XII.

<sup>4)</sup> Athen. XIV. 622. b. Σημος δ' ὁ Αἴγιλος ἐν τῷ περὶ παιάνων „Οἱ αὐτοκάβδαλοι (φῆσι) παλούμενοι ἐστεφανωμένοι πιττῷ σχέδην ἐπέραινον ὅγεις· οἱ δὲ λιθύφαλλοι παλούμενοι προσωπεῖον μεθυόντων ἔχονται παλ ἐστεφάνωνται χειρὶδας ἀνθινὰς ἔχοντες. 622. c. οἱ δὲ φαλλοφόροι προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνονται, προπόλιον (Casaub. προβόλιον) δὲ ἐξ ἐργάλλου περιτιθέμενοι παλ παιδέρωτας ἐπάνω τούτον ἐπιτίθενται, στέφανόν τε δασὺν λον παλ πιττοῦ.

<sup>5)</sup> Hujus generis minime omnium noti nonnulla simulacra lapide incidenda curavi, expressa illa ex libro

Et hoc quidem genere Thespis videtur esse usus, quem accepimus primum cerussa et portulaca histrionis sui vultum tinxisse, postea etiam linteas personas adhibuisse. Suidas v. Θέσπις.

Tertium denique illud est genus, quod inde ab Aeschylo propagatum est. Jam enim non ipsius histrionis facies vel tecta est vel coloribus mutata, sed artificiosa quaedam simulacra

---

Koehleri „Masken, ihr Ursprung und neue Auslegung einiger der merkwürdigsten auf alten Denkmälern, die bis jetzt unerkannt und unerklärt geblieben sind;“ a. XXXIII. impensis academiae Petropolitanae sine auctoris nomine edito, at non publice divendito, cuius inspicendi opportunitatem benignitate Viri clarissimi Pertzii, Bibliothecae regiae Berolinensis praefecti, mihi datam esse grato animo profiteor. Est vero haec Koehleri interpretatio:

Fig. 1. Ein kleiner Sardonyx von drei Schichten und einem schräg abwärts laufenden Rande aus der Sammlung des Duc d'Orleans, jetzt ein Theil der Kaiserlich Russischen. In die obere braune Schicht ist der Kopf so geschnitten, dass der grösste Theil der vertieftesten Arbeit sich in der weissen oder zweiten Schicht befindet, welche dadurch hervortritt. Die Vorstellung ist, ein männlicher vorwärts gewandter Kopf mit einem Knebelbarte und ohne Angabe des Halses. Er trägt die bacchische Stirnbinde mit zwei Epheublüthen und den Epheukranz, von dem man vier grosse Blätter bemerkte. Von den Augenwinkeln an bedecken die Wangen zwei grosse Blätter, an denen deutlich die Aeste derselben oder ihr Gerippe, *rainures*, angegeben sind; sie lassen Nase, Mund und Kinn frei, indem sie noch ein Stück über letzteres herabreichen. Im Felde des Steines bemerkt man die Enden der Bänder, mit denen der Epheukranz und die beiden grossen Blätter der Pflanze *Prosopis* geknüpft waren.

Fig. 2. Ein grösserer vorwärts gekehrter Kopf von einem Glasflusse der Townleyschen Sammlung, jetzt des Britischen Museums, genommen. Auf der Stirn trägt er eine breite Binde, die mit zwei Epheublättern geschmückt ist. Ueber oder hinter dieser breiten Binde bemerkt man zwei ähnliche kleinere nahe an einander stehende Epheublüthen, von welchen aus sich eine schmälere Binde hinter das Haupt zieht. Er trägt einen Knebelbart und unterhalb der Unterlippe bemerkt man gerad herablaufende Streifen, um den Bart anzuseigen. Ebenso wie am vorhergehenden Kopfe verdecken zwei grosse Blätter die Wangen und das Kinn. Im Felde und an den Seiten des Kopfes bemerkt man die Enden von Bändern.

Fig. 3. Derselbe Kopf, nur kleiner, auf einem Glasflusse ganz wie der vorhergehende gebildet, mit den zwei Binden und den Epheublüthen, auch mit den grossen Blättern an den Seiten, an denen die Aeste, (*rainures*), angegeben sind. Das Gesicht trägt keinen Bart.

Fig. 4. Ein ähnlicher Kopf mit der Stirnbinde, auf der zwei Epheublüthen und an jeder der Seiten mit drei Epheublättern. Das Gesicht ist frei, denn nur von der Gegend des Mundes an bedecken zwei grössere Blätter einen Theil der Kinnladen. Die Verzweigungen der Blätter sind auch angegeben, obgleich nicht so genau, als es die sonst so fleissige Ausführung erwarten liesse.

Fig. 5. Ein Corneol der Russisch Kaiserlichen Sammlung aus der des Duc d'Orleans, trägt einen Kopf mit dem Knebelbarte, ist mit Epheu bekränzt und scheint oben auf dem Haupte drei nur angelegte Epheublätter zu haben. Statt des Bartes, den an den vorhergehenden Köpfen zwei grosse Blätter bilden, trägt dieser an derselben Stelle einen Bart, ähnlich jenen Blättern aber aus zwei Stücken seiner Leinwand, mit der an den Seiten herabhängenden, sauber an den Enden ausgezackten Binde, durch welche die Leinwand am Kopfe befestigt war. Diese Leinwand ist gegittert, und die Streifen mögen vielleicht die, in den früheren Zeiten als festlicher Schmuck am meisten gebrauchte, rothe und grüne Farbe auf weißem Grunde anzeigen.

El color cortico es rojizo. Sobre la piel distinguense haces de  
violeta. No. 310 y 312 en Evidencia. Nacen numerosas  
varias, que en su exterior contiene facilemente, hasta quinientos  
de colores y variedades pigmentos. Los cuales se analizan y se identifican  
y se consideran como el color de varios creaciones y de los  
animales y plantas que lo tienen.



2.




15



35



1.



三

Et hoc cubitus genere Thymus undicat noscere, quod a me agitur primum esse  
habet enim cultum Sardes, per se sicut hucus praevenit adhibuisse. Prout illa.

Tectum donique illius est genou, quod inde ab Aethio propinquum est. Et deinde  
non spissis hystericis sanguinibus vestigia coloratae minuta, sed rufa et obscurata.

Sed istud, hucque 77 et 78 capitulis, non esse aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo  
adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo  
adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo  
adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo



adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo


adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo

adulterium, die hystericis sanguinibus habentur, non aetragum, sed hystericum, videtur, quod ex hoc capitulo



Universitäts- und  
Landesbibliothek Düsseldorf

facta sunt, lintea primum, deinde ex cortice<sup>1</sup>), ex ligno<sup>2</sup>), quae totam histrionum et faciem et caput tegebant<sup>3</sup>). Isidor. orig. lib. X. 119 (p. 330 ed. Lindemann). *Nomen autem hypocritae tractum est ab specie eorum, qui in spectaculis contexta facie incedunt, distinguentes vultum caeruleo minioque colore et caeteris pigmentis, habentes simulacula oris lintea, gipsata et vario colore distincta nonnunquam et colla et manus creta perungentes, ut ad personae colorem pervenirent, et populum dum in ludis agerent, fallerent, modo in specie viri, modo in foeminae, modo tonsi, modo criniti et anili et virginali caeteraque diverso vultu, ut fallant populum, dum in ludis agunt.*

Atque has personas consentaneum erat non abhorrere a deorum, regum, principum aliorumque omnium, qui in tragoediis versantur, ea natura, qualis a poetis ipsis describitur. Quemadmodum enim ab antiquis tragoediarnm scriptoribus, in primis Aeschylo, singularum hominum non tam, quales vere reperiuntur, proprietas atque peculiaritas exprimitur (id quod apud recentioris aetatis poetas, maxime apud Shakesperium fieri solet), quam absoluta quaedam morum forma ac figura, ita larvarum quoque satis erat genera nonnulla effingi, species innumeratas effingi non erat opus. Et haec ipsa est causa, quod omnino apud veteres ferri poterat larvarum usus, qui in nostris quidem tragoediis cogitari vix potest. Nam nostri actores, ut omnes qui deinceps in singulis existunt vel reconditissimos animorum motos exprimant, suo ipsorum vultu, cuius summa mobilitate sola hoc effici potest, carere plane nequeunt, immo hoc potissimum adjumento, quod poetarum ars describere aut noluit, aut non potuit, supplere quasi debent; quod contra veteres, qui summam quandam describebant morum formam, exemptam illam omnibus iis, quae non necessario cum ea conjuncta essent, effugere necesse erat quidquid peculiaris histrionum natura addere posset<sup>4</sup>). Itaque ne haec quidem ornatus pars temere adjecta est, sed et ipsa ex tragoe-

<sup>1</sup>) (Köhler) Masken, ihr Ursprung etc. p. 10. Virg. Georg II. 387.

<sup>2</sup>) Prudent. contra Symmach. II. v. 646—47.

*Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,  
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.*

Hesych. v. κυλινθίον et κύριθρα.

<sup>3</sup>) Ex hoc usu profecta sunt: περιθέσαι προσωπεῖον. Lucian. Tim. c. 28. περιθετον πρόσωπον Schol. ad Arist. Thesmoph. 258. προσωπεία περιθέμενα. Lucian. Pisces. c. 36. πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον. Lucian. de saltat. c. 27. ἀποθέσαι προσωπ. Lucian. pro merced. conduct. c. 5. ἀφελεῖν προσωπεῖον. Lucian. Icaromen. c. 29. Aristid. orat. XLIX. ed. Dindorf. T. II. p. 523.

<sup>4</sup>) Egregie, ut solet, de hac re disputavit vir prope infinita rerum scientia atque intelligentia in primis conspicuus, Bernhardy, Grundriss der Griechischen Litteratur Th. II. p. 639 sqq: *Den Abschluss des fremdartigen Schmuckes gab die tragische Maske, die zwar nicht gleich der komischen entweder fratzenhafte Phantasiegebilde oder momentane Figuren einer vielgestaltigen Charakteristik in raschem Wechsel vorführte, wohl aber nach Rang, Persönlichkeit und Lebensalter eine Reihe scharfgeprägter Typen fixirte und die bekannten Züge*

iae antiquae natura et proprietate profecta. Quod quum ita sit, non mirum est, quod in recensione illa personarum a Polluce facta nusquam fere certae, quaedam larvae veluti Agamemnonis, Clytaemnestrae referuntur, sed ad unum omnia, quae afferuntur, generum sunt nomina. Memorantur enim Onom. IV. 133—142 περὶ προσώπων τραγικῶν inter tragicas personas, primum senum §§ 133—135: ξυρίας ἀνήρ, λευκός, σπαρτοπόλιος· μέλις ἀνήρ, ἀνίρξανθός, ἀνήρ ξανθότερος, deinde juvenum §§ 135—137: πάγχρηστος, οὐλος, πάροντος, ἀπαλός, πιναρός, δεύτερος πιναρός, ὡχρός, πάρωχρος. Sequuntur servorum larvae §§ 137—138: διφθερίας, σφηνοπώγων, ἀνάσιμος et mulierum (§ 138—141): πολιὰ κατάκομος, γραῦδιον ἐλεύθερον, γραῦδιον οἰκετικὸν, μέσοκονδος, διφθερῆτις, κατάκομος, ὡχρὰ, πρόσφυτος, κονύμιος παρθένος). Ex quibus omnibus facile intelligitur, pro aetatum, fortunarum, animorum diversitate diversas fuisse personas. Accuratus autem si inquirimus, quales illae fuerint, tres earum partes inveniuntur, quorum vestigia jam in iis medii generis apparent exemplis, quae in tabula lapide incisa proposuimus. Et infima quidem pars, quae mentum tegit et usque ad nasum porrigitur, barbae in primis proprietate est distincta<sup>1)</sup>; in altera parte, qua velantur, quae circa oculos sunt, colorum maxime varietate aetatum morumque differentia est expressa<sup>2)</sup>; tertia denique eaque summa pars coronae vittaeque loco, quas in antiquis exemplis conspicimus, apposita non solum sinciput complectitur, sed etiam supremum occipitium. Haec autem tum capillorum peculiaritate<sup>3)</sup> diversa est, tum vero minori majorive frontis altitudine. Huc enim referenda videntur duo illa vocabula περικαρον et ὄγκος quorum prius humiliorem, posterius altiore frontem significare existimo. Et de onco quidem vix potest esse dubitatio, quoniam et ipsa vox tumorem aliquem aperte significat, et qualis ille tumor sit, satis perspicue tradit Pollux Onomast. IV. 133. ὄγκος δέ ἔστι τὸ ὑπὲρ τὸ πρόσωπον ἀνέχον εἰς ὑψος, λαβδοειδεῖ τῷ σχήματι. IV. 140. Ἡ δὲ κονύμιος παρθένος ἀντὶ ὄγκου ἔχει τριχῶν κατεψημένων διάχοισιν. Περικαρον autem, quum per se nihil aliud indicet, nisi quod circa caput est, ex eo tantum colligimus, humilius illud larvarum genus designare, quod fere opponitur onco. Veluti IV. 138. ὁ διφθερίας

der Schauspieler verbarg, mithin der unpoetischen Neugier und dem Vordringen eitler Subjectivität allen Anlass entzog.

<sup>1)</sup> Cf. Poll. Onom. 133. τὸ δὲ γένειον, ἐν χοῷ κονρίας ἔστιν ὁ ξυρίας. IV. 134. Ο δὲ λευκὸς ἀνήρ πᾶς μέν ἔστι πολιός .. καὶ τὸ γένειον πεπηγός. — ὁ δὲ μέλις ἀνήρ .. οὐλος τὸ γένειον. 135. Ο δὲ πάγχρηστος, πρεσβύτατος τῶν νεανίσκων ἀγένειος. 138. ὁ δὲ ἀνάσιμος .. ἀγένειός ἔστιν. 137, σφηνοπώγων.

<sup>2)</sup> Cf. Poll. Onom. IV. 134. Ο δὲ λευκὸς ἀνήρ .. παραλευκον τὸ χρῶμα. — ὁ γε μὴν σπαρτοπόλιος .. μέλις ἔστι καὶ ὑπωχρος. ὁ δὲ μέλις ἀνήρ .. τραχὺς τὸ πρόσωπον. 135. ὁ δὲ ξανθός ἀνήρ ... εὐχροντος. ὁ δὲ ξανθότερος, τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιος, ὑπωχρος δὲ μᾶλλον, καὶ δηλοῖ νοσοῦντας. ὁ δὲ πάγχρηστος — εὐχροντος, μελαινόμενος. 136. Ο δὲ οὐλος .. ὀφρύες ἀνατέτανται, βλοσυρὸς τὸ εἶδος. 136. ὁ δὲ ἀπαλὸς .. λευκόχροντος, φαιδρός.

<sup>3)</sup> Poll. Onom. IV. 143. Ο δὲ λευκὸς ἀνήρ πᾶς μέν ἔστι πολιός, βόστρονχοι δὲ περὶ τὴν κεφαλήν. — Ο δὲ μέλις ἀνήρ .. οὐλος .. τὴν κόμην. 135. Ο δὲ ξανθός ἀνήρ ξανθόντος ἔχει βοστρύχον. 136. Ο δὲ οὐλος ξανθός αἱ τρίχες τῷ ὄγκῳ προσπεπήγασιν κ. τ. λ.

describitur ὄγκον οὐκ ἔχων, περὶ κρανίου ἔχει. 139. τὸ δὲ οἰκετικὸν γραῦδιον, περὶ κρανίου ἔξ  
ἀρνακίδων (?) ἀντὶ ὄγκου ἔχει. Onci autem ipsi rursus aut breviores sunt, aut longiores,  
maiores aut minores. Poll. Onom. IV. 134. ‘Ο δὲ λευκὸς ἀνήρ, ... ὁ δὲ ὄγκος, βραχὺς. ‘Ο δὲ  
μέλας ἀνήρ ... μέγας δὲ ὄγκος. 135. ‘Ο δὲ ξανθὸς ἀνήρ ξανθοὺς ἔχει βοστρύχους, καὶ ὄγκον ἡττω  
κ. τ. λ. 136. ‘Ο δὲ οὐλος — ὑπέρογκος. 138. ‘Ο δὲ σφηνοπώγων ἀκμάζει καὶ ὄγκον ὑψηλον  
ἔχει καὶ πλατύν. — ‘Ο δὲ ἀνάσιμος ὑπέρογκος. 139. ‘Η μὲν πολιὰ κατάκομος ... μετρὰ τὸν  
ὄγκον. Το δὲ ἐλεύθερον γραῦδιον ... μικρὸν ὄγκον ἔχον. Τὸ δὲ οἰκετικὸν μεσόκονδον καὶ βραχὺς  
ὄγκος κ. τ. λ.

Haec autem omnia personarum genera ad tragicorum histrionum apparatus (σκενή) necessaria sunt (ἐνσκενα πρόσωπα). Restant aliae personae, quae ad singularum fabularum usum fabricandae erant (ἐνσκενα πρόσωπα<sup>1</sup>), et omnino rariores et eorum propriae, qui singulari aliqua sive virtute sive vitio sive alia quadam proprietate conspicui sunt, quibus sublati suam ipsorum naturam amittere viderentur, veluti Actaeonis cornuti, Argi, Gorgonis, Centauri, aliorum, qui nullo fere delectu instituto a Polluce temere commiscentur IV. 141. 42.

Denique quae superest quaestio

### de arte histrionum

instituenda, eam praestat in aliud otium differre, quo opportunitas data erit, de choreutarum et numero et ornatu et arte disputandi. Quod quidem non solum ideo faciendum nobis esse persuasimus, ne nimis supergrediamur terminos huic scriptioi constitutos, sed magis etiam, quod histrionum ars quum arctissime coniuncta sit cum choreutarum arte, haud aptum videatur, de utraque separatim exponere.

<sup>1</sup>) Poll. Onom. IV. 141. 42. τὰ δὲ ἐνσκενα (ita legendum pro ἐνσκενα) πρόσωπα ἀκταιῶν ἔστι περιστρόφος  
ἡ Φινέντις τυφλὸς, ἡ Θάμνοις, τὸν μὲν ἔχον γλαυκὸν ὀφθαλμὸν, τὸν δὲ μέλανα: ἡ Ἀργος πολυόφθαλμος, ἡ Τυρὼ πελι-  
δηνή τὰς παρειὰς παρὰ Σοφούλει· τούτῳ δὲ ὑπὸ τῆς μητριαῖς Σιδηροῦς πληγαῖς πέπονθεν: ἡ Εὐίππη ἡ Χειρωνος  
ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ’ Εὐφριδη... ἡ Ἄμυμώνη, ἡ ποταμὸς ἡ ὄρος, ἡ Γοργὼ, ἡ δίκη, ἡ θάνατος, ἡ λύσσα  
κ. τ. λ. Hesychianum autem illud: ἐνσκενα: τὰ παρεπόμενα πρόσωπα ἐπὶ σκηνῆς obscurum est.

Et tunc sicut in antea dixi. Dicitur etiam quod non est invenit nisi  
adversus illam. Iustus autem illius dicitur id est: modus iste. Non enim est  
in eo. Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Et hoc est. Et hoc dicitur non  
modus non dicitur. Non enim est in eo. Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Et hoc  
est. Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Non enim est in eo. Tunc vero dicitur: ... non dicitur.  
Quodcumque nescirem. ministrum mirabimur. sed etiam nescirem. nescirem  
quodcumque habere. scimus. etiamque omnia. Quodcumque nescirem.  
dixi. non enim est in eo. Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Non enim est in eo.  
Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Non enim est in eo. Tunc vero dicitur: ... non dicitur.  
Et hoc est. Tunc vero dicitur: ... non dicitur. Non enim est in eo.

### Errata.

- p. XVII. v. 9. pro „fixisset“ lege „fixisset“.
- - - 13. - „pertineant“ lege „pertinerent“.
- XVIII - 5. - „scenae“ lege „scena“.